ꝛ miſericordie. Ille crudelitatis et
auaritie. Quam ergo habem⁹ oc
caſionem ſiue excuſationem: cū
ampliora poſſim⁹ recipe ꝛ in tpe
opoꝛtuno ſcilicet dando pauperi
bus. hec vilia ꝛ fallatia. ſi tamen
damus? ꝛc. Sequit. Nihil vſuris
turpius: nihil crudeli⁹. Alienas
P hic negociatur miſerias: ꝛ lucrū
ſuuz alterius aduerſitatem facit.
Et ponit exemplū: ꝙ talis eſt q̄
ſi manuz ſuſcipiens ꝛ in naufra
gium impellens. Et poſt volo: te
vſurā accipere a deo ſcilicet mer
cedem eternam pro. paruis ma
gna ꝛc. Luce. xvi. Facite vobis
amicos de mamona iniquitatis:
vt cū defeceritis recipiant vos in
eterna tabernacula. Magna er
go dementia a pauperib⁹ vicinis
Q vſuram accipere ꝛ contra omnē
legem tam naturalez: ꝙ̄ ſcriptaz
ꝙ̄ euangelicam: ꝙ̄ etiam contra
omnis creature innataz bonita
tem que q̄dem creatura omnib⁹
ſe gratis cōicat: Sicut lux ignis:
aqua: terra: ꝛ ad cumulum pene
eterne: ꝛ non dare ad vſuram ſpi
ritualem ſcilicet erogare elemo
ſynas pauperib⁹ pro regno eter
no. Imo qđ plus eſt: dare vſurā
malo modo idez eſt ꝙ pauperes
trucidare: vt dictū eſt. Unde Tu
R li⁹ libro primo tuſc. q. dicit: ꝙ cū
q̄reretur a Catone qđ expediret
in re familiari: ꝛ reſponderet: bn̄
paſcere: bene veſtire: bene arare.
Et cū q̄reret an fenerari ſcilicet
expediret: reſpōdit. Quid eſt ho
minem occidere. Quaſi di. Fene
rari eſt occidere ſubtractione ne
ceſſariorum.

¶ Septima diſtinctio. De colli
gatione amicabili.

¶ Capitulu primum. Quid ſit
amicitia: ꝛ qualis eſſe debet.

Einde videndū eſt de
colligatione amicabi
d li q̄lis eſt iter amicos
que quidem debet eſſe
amicitia vera ꝛ non fi S
cta. De qua ſcilicet de ficta dictuz
eſt. ſ. parte prima: vbi de vicijs
curialium. Et de hac Hierony.
epiſtola. xlv. per totū. Debet ergo
amicitia eſſe vera nō ficta. Que
ſcilicz tūc eſt vera: quādo ē vna
nimis conſenſio in reb⁹ honeſtiſ
q: vt ait Tuli⁹ libro de amicitia:
ꝛ idem Augu. epiſtola. xlv. Ami
citia eſt humanarū diuinarūq3
rerū cum beniuolentia ꝛ charita
te conſenſio. Et Tuli⁹ ibidem di T
cit: ꝙ beniuolentia eſt amicitie
fons.

¶ Capitulum ſecundum. Que
exigūtur ad veram amicitiam.

Unt ergo amici admo
ſ nendi: vt vnanimiter cō
ſentiant in licitis ꝛ hone
ſtis: licet aliquis eorum ſit ſupe
rior dignitate vel ſtatu. vt eniz di
cit Tuli⁹ ibi: maximū eſt in ami
citia: ſuperiorem parem eſſe infe
riori ſcilicet conſiderando: vnde
amicus dicitur quaſi animi equ⁹

q2 equali nobis voluntate iungit
V ait Caſſio.ſuper ps.xxxvij. Talis
amicus fuit filius dei:qui cum ſu
per omnes eſſet: tamẽ in medio
diſcipulorum fuit ſicut qui mini/
ſtrat Luc.xxij.Et Jo.xv.Jam
X non dicam vos ſeruos ſed ami/
cos.ꝛc.Talis amicitia nõ poteſt
eſſe niſi inter amantes ſe veraci/
ter:ait Augu.iiij.ↄfeſſionum lo/
quens ad Chriſtũ.Non eſt vera
amicitia:niſi eam cõglutines in
ter herentes tibi vera charitate.
Unde Tulius vbi.ſ.Amor ex q̃
Y eſt amicitia nominata princeps
eſt ad coniungendam amicitiaꝫ
¶ Item in amicitia debet eẽ mu
tua compaſſio:q2 ipſa eſt beniuo
lentia:in compaſſis non latens:
ait phus ethi.viij.vnde ibidem.
Conſiliatiuus amicus .ꝛc.Uere
enim non agnoſcit in bonis ami
cus:nec in malis abſconditur ini
micus.Eccle.xij.Ideo Job.vj.
Qui tollit ab amico miſericordi
am:timorẽ dei derelinquit.Cum
enim in amicitia vnic9 fiat ex plu
Z ribus ait Tulius primo de offi.c.
xvij.ꝛ hec ſit lex amicitie nõ mi
nus nec plus ꝙ ſe diligi ait ibidẽ
merito debet eſſe mutua ↄpaſſio
vnde Aug.libro confeſſionũ plã
gens amicum mortuum ait.Di/
midiũ vite mee.ꝛc.Et Señ epl'a
101.obiurgans plangentem filiũ
quid ſquit faceres: ſi amitteres
A amicum:ex quo tantum plangis
paruulũ qui erat incerte ſpei: ꝛc.

¶ Item in amicitia debet eſſe ſe
dula ſollicitudo de ſalute amici:
honore ꝛ vtilitate:q2 vt ait Tuli9
vbi.ſ.de amicitia ante finez mo
nendi ſunt amici ſepe ꝛ obiur//
gandi.ꝛ hec accipienda amice ꝛ B
beniuole.Unde ſequitur haben/
dum eſt in amicis nullam peſtẽ
maiorem ꝙ adulatoriam blandi
tijs aſſertionem.Et poſt omniuꝫ
rerũ ſimulatio vitioſa eſt: Tollit
enim inditium veri: ideo adulte
rat nomen amicitie: ꝛ repugnat
veritati:ſine q̃ nihil amicitia va/
lere poteſt.Et ibidem.virtus cõ C
ciliat amicitias.Hinc Augu.ix.
confeſſio.Sicut amici adulãtes
cõuertuntur:ſic inimici litigãtes
plerũq3 corrigunt. multo magis
amici ſuo mõ litigantes.¶ Itẽ
in amicitia deb3 eſſe mutua cõi/
catio tam cordium ſiue interioꝝ D
cõceptionuꝫ:ꝙ amicabiliuꝫ col/
lectionum:officiorum:ꝛ miniſte
riorum:ꝙ etiam rerum.vñ Co/
mẽtator ethi.ix.in pricipio.Pro
uerbiũ eſt de amicis:qm̃ anima
vna:ꝛ omnia communia.Cum
enim amicus prebeat cor ami// E
co prout ait Tullius de amicitia
vbi.ſ.ea vis amicitie eſt:vt vn9
quaſi aius fiat ex plurib9.Et Au
gu.iij.confeſ.di.ꝙ amicitia ẽ dul
cis propter vnitatez in multis ani
mis: eqtas dictat: ꝙ cõmunicet
omnia ſua.Unde Tulius.vbi.ſ.
His finibus vtendum eſt arbi/
tror:vt cũ emendati amores ami

coꝛum ſint inter eos ſit omnium
rerum conſilioꝛũ ⁊ voluntatũ ſi-
ne vlla exceptione cõitas cum ve
recondia ⁊ reuerentia: que ſemꝑ
tenenda eſt in amicitia. Et enim
F ait ibidem: prima lex amicitie, eſt
vt ab amicis honeſta petamus ⁊
amicoꝛum cauſa: honeſta facia-
mus. Et ibidẽ Tul. ḋ offi. vbi. ſ.
Nec contra rempublicã: nec cõ-
tra iuſiurandũ: amici cã vir bo-
nus faciet. Nec turpia facienda
amici cã. Et ḋ hac amicitia Tul.
G li. de amicitia per totũ. Et phus.
Ethi. viij. ij. ix. per totũ. Et Val.
li. iiij. c. vj. vbi ait. Contẽplemur
vinculũ amicitie potens ⁊ perua-
lidũ: nec vlla ex parte ſanguinis
H virib⁹ inferius: hoc etiã certius ⁊
explorati⁹ id qḋ naſcẽdi ſoꝛs foꝛ-
tuitũ op⁹: h vniuſcuiuſqꝫ ſolido
iudicio ichoata volũtas ꝯtrahit
Et ponit ibi exẽpla de amicis: q̃-
rum vnus petijt occidi cũ amico
occiſo. Similiter de alijs quoꝛuꝫ
vn⁹ ſe hoſti obiecit ꝓ alio: ¶ Si
militer de duob⁹. ſ. Amõ ⁊ Phi
I tya de quibus ait. ꝙ cum Dyoni
ſius tyrannus vnum vellet occi-
dere: Dum ille iret ad res ſuas oꝛ
dinandas: alius ſe dedit vadere
pro eo: ⁊ redit alter hoꝛa ſibi aſſi
gnata. Quoꝛum aium tyrã⁹ ad
K mirans ſupplicium fidei remiſit
inſuper rogans: vt ſe reciperent
in tertium gradũ ſodalitatis. Et
enumerat ibi vires amicitie. ſ.
contemptum moꝛtis ingerere: vi
te dulcedinem extinguere: crude
litatem manſueſcere: ⁊ ſic de alijs
Et de hac Aug. iiij. cõfeſ. loquẽs
ḋ amico moꝛtuo: ⁊ neſcis inquit
an vellẽ etiã pro illo. ſ. moꝛi. Sic
de Horeſte ⁊ Phidiade tradit L
ſiue fingit: ꝙ vellent pro inuiceꝫ
ſimul moꝛi: qꝛ moꝛte peius erat
eis non ſimul viuere.

¶ Capitulum tertium. De ficta
amicitia: ⁊ propter que diſſoluit.
Et de vtilitate vere amicitie.

Predicatoꝛ ergo cõferẽs
cuꝫ amicis, diſſuadeat fi
ctas amicitias que ſunt
ſꝫ accidẽs ⁊ facile ſolubiles. Diſ- M
ſoluto enim eo propter quod ſũt
amici: diſſoluit amicitia: prout ḋr
Ethi. viij. In ſenibus eniꝫ ẽ ami
citia propter vtile: in iuuenibus
propter delectabile: vt ḋr ibi. Et
ſuadeat veram amicitiã: que nõ
eſt vera niſi ſit conglutinata cha
ritate vt dictuꝫ eſt. Unde Hiero.
epiſtola. lxxviij. ait. Et cõcurſus
ſenſuum: ⁊ vtilitas voluntatum
quaſi riuuli amicitie ſcaturiant.
Et ſic idem velle ⁊ ideꝫ nolle dul
ciſſimũ ⁊ honeſtiſſimũ. ait Sen. N
epla. iij. Et hec amicitia eſt ꝓcio-
ſiſſimũ genus diuitiarũ. ait Boe.
ij. de conſo. in fi. ⁊ merito: qꝛ ami
cus habet omnes ſuos amicos ⁊
omnia ſua poſſidet: ⁊ ſic facit cuꝫ
diuitẽ: ⁊ inextinguibilem: ait Cri-
ſo. ſuper Io. Omel. lxxviij. dicit.
ꝙ vnus. ſ. amicus multiplex eſt.
Si enim vnanimes fuerint dece

BIBLIOTECA UNIVERSIT

vel pares nō vnus eſt quaſi vnꝰ
ſ. tantum. ſed decies multiplicatꝰ
qͥlibet eorum inuenies in decem
O vnum: ⁊ in vno decem. Et ſi qs
inimicabitᷓ vni: inimicabitᷓ ⁊ decē
⁊ inimicicias capit. Et ſi vnꝰ pau
perat: ſibi non eſt inopia: Maio
ri eni parte vnus decem hꝫ liber
tatem. Unuſquiſqꝫ habet viginti
pedes: viginti manꝰ: ⁊ vigiti ocu
los. Non enim ſuis ſolum oculis
videt ſed etiā aliorum. Sed ⁊ de
cē hꝫ animas: que ſunt pro ſe ſol
licite. Non ſuis tm̄ opatᷓ manibꝰ
nec ſuis ſolū portatᷓ pedibus ſꝫ ēt
aliorū. Si v̄o facti ſunt amici duo
vel mille milia. idem erit. Uides
amoris ſuperabundantiam: qua
liter inextinguibilem facit vnum
P ⁊ muliplicem: qͥliter vnus: ⁊ vbi
qꝫ vnus poteſt eſſe idem in pſio
ne ⁊ in Roma: ⁊ qḋ natura non
poteſt: amor poteſt. Seqͭur. Si
mille hūerit amicos: vel duo mi
lia: idem erit. Et poſt Si deci
es millies diues fuerit: nudꝰ cō
ſiſtit ſine amicis. Sed ⁊ ſi iopes
fuerint. ſ. amici. diuitibus vberio
res exiſtunt: ⁊ que ipſe pro ſeipſo
dicere non temptat: hec amicus
dicet: ⁊ que nō poteſt ipſe ſibi lar
giri: per alium poterit: etiā multo
ampliora. Et ſubdit. Non eſt pa
ti male a tot armigeris cuſtoditū
Non enim tales regis corporis
Q cuſtodes tā diligentes vt hi. Mā
illi neceſſitate ⁊ timore cuſtodiūt
Hi v̄o deuotione ⁊ amore. Hec
ille. Et ibi multa elegantia d̄ hac
materia. Et de hoc Ambro. iij. d̄
offi. in fi. Pietatis cuſtos amici
tia eſt: a equalitatis magr̄a: vt ſu
perior inferiori equalem ſe exhi
beat: ⁊ inferior ſupiori. Inter diſ
pares enim mores non poteſt eē
amicitia. Ideo debet ꝯueniri gra R
tia vtriuſqꝫ: nec auctoritas deſit
inferiori: ne humilitas ſuperiori.
Laudanda eſt ergo vera amici
tia: ⁊ fideliter obſeruāda quia vt
ait. Tuł. de amicitia vbi. ſ̄. Solē
de mundo tollere videntᷓ: q amī
citiam e vita tollunt.

¶ Octaua diſtinctio. De colliga
tione ſociali in conuictu. Capi
tulum primum. Qḋ homo debꝫ
eſſe ſocialis.

e T non ſolum ſunt ad
monendi amici q ſūt
colligati amicabili col
ligatione: ſed etiā ſo
cij qui ſūt colligati ſo
ciali cōlone. Et enim ait Hugo.
ſocius dr̄ vel a ſoco: quaſi i vna
caliga. ſ. hoſpitio manens: vel a S
ſequor. Et eſt ſocius proprie i pe
riculo: collega in officio: comes
in itinere. conſors in predio: ſoda
lis in menſa vel ſede. Quocunqꝫ
autem modo ſumatᷓ ſocietas: ho
mo debet eſſe ſocialis: qꝛ homo
eſt animal non ſolitarium ſꝫ po
liticum ⁊ cōicatiuū: ait Cōmen T
tator. Ethi. viij. Et Sen̄ de bn̄fi.
c. xiiij. dicit. ꝙ hoiēꝫ non vnguiū
vis: nec dentiū terribilem ceteris

ſectinuduz ⁊ infirmam ſocietas
munit. Duas eni res dedit ei de⁹
que illum ceteris obnoxium vali
V diſſimumq́ʒ facerent: rationeʒ. ſ.
⁊ ſocietatē. Et Sequit̄. Societas
ei dominium omniū̄ dedit: ſocie/
tas terris gentium in aliene natu
re tranſmiſſit imperium: ⁊ dn̄a/
ri ēt in mari iuſſit. Et ibi multa.

¶ Capitulum ſecundum. Nō
malorum ſocietas eſt vitanda.

Amen ſocietas maloruʒ
vitanda eſt. ꝓuer. xxiij.
Noli eſſe amicus homi
ni iracundo: necq́ʒ ābules cū ho
mine furioſo. nec diſcas ſemitas
X eius. ⁊c. Ubi Greg. ſuper Ece. li.
i. Omel. ix. Infirmi iquit debent
vitare ſocietatem prauorum: ne
mala que frequenter aſpiciunt: ⁊
corrigere nō valent: delectentur
imitari. Et ponit exempla. Sicut
aer malus aſſiduo flatu tractatuſ
inficit corpus: ita peruerſa locu/
tio aſſidue audita inficit animuʒ
Corrumpunt enim bonos mo/
res colloqa mala. i. cor. xv. Unō
Y Sen̄. epl̄a. vij. ait. Unum exem/
plum luxurie: vnuʒ exemplū aua
ritie multuʒ mali facit. conuictor
delicatus eneruat ⁊ emollit: vici/
nus dites cupiditateʒ irritat: ma
lignus comes rubiginē ſuam af/
fricuit. Sequit̄. Neceſſe eſt auteʒ
imiteris tales: aut oderis: ⁊ vtrū/
q́ʒ deuitādum: ne vel ſimul ma/
lus fias. q₂ multi ſunt: ne vel ini/
micus multis q₂ diſſimiles ſunt.

Et epl̄a: cvij. Deſerebit tibi auari/
tia q̄diu auaro ſordidoq́ʒ conui
xeris. Deſerebit tumor q̄diu cuʒ
ſuperbis conuerſaberis. Incen/
dunt libidines adulterorū ſoda
lia. Cuʒ ſancto eni ſanctus eris:
⁊ cum peruerſo peruerteris. Un̄
i. cor. vj. ⁊. x. Nolo iquit' Apo. ſo/
cios vos eſſe demōioꝝ. Et. ij. vi.
c. Que ſocietas lucis ad tenebraſ Z
⁊c. Nolite. cōmiſceri cum forni/
carijs. Societas aūt cum bōis ē
ineunda. ait Seneca vbi. ſ. Ad
meliores tranſi cuʒ Socrate. Ui
ue cum zenone: cū Criſpo. cum
Poſſedonio. Hi tibi tradent' di
uinorū humanorumq́ʒ noticiaʒ:
Hi iubebūt' i ope eē: vt nō tantū
ſcias eloq: ⁊ i oblectatione audi/
entium verba iactare: ſed ⁊ ani/
mum indurare: ⁊ te aduerſus mi
nas erigere.

¶ Capl̄m tertiū Nō bonoꝝ ſo
cietas eſt appetenda.

Icut autem quilibet vi/
tare debet ſocietatē ma/
lorum: ſic debet appetere
bonorum. Et in hac ſocietate de/
bet eſſe charitatiua affectio: vt q
libet diligat alium in veritate: ne A
ſit tm̄ amicus ⁊ ſocius menſe: p
ut dr̄ ecc. vi. Ideo Aug. iiij. con/
feſ. vocat amicum dimidiuʒ vite
ſue. Et. phil. ii. Si' q̄ ſocietas ſpi/
ritus. ⁊c. ¶ Item debet eſſe vna
nimis ꝯſenſio vt poſſint dicere ſo
cij. In domo dei ambulauimus
cum cōſenſu. Et alibi Facti eſſe

vnius moris in domo. Item de bet esse mutua ſubleuatio. ꝛ noci ui ab vtroqꝫ repulſio: ꝛ adiutorij prompta collatio. De quibus om nibus ecc.iiij. Melius eſt duos

B esse ꝙ̄ vnum. Habent eni emo lumentum ſue ſocietatis. Si vnꝰ ceciderit: ab alio fulciet. Iõ ſegꝑ Ve ſoli. ꝛc. ¶ Itẽ dz eẽ vtriuſqꝫ ab altero mutua veneratio ꝛ ſu perioris cũ iferiori parificatio. ro. xij. Honore inuicem ꝓuenientes Unde narrat Uale. li. iiij. c. vj. ꝙ cum Alex. cũ Ephiſtene ſibi gra tiſſimo veniſſet ad caſtra Darij: ꝛ

C mater Darij capta ephiſtenez qꝛ forma ꝛ ſtatura preſtabat Alexã. more perſarum adulata illuz ſa lutauit tanqꝫ Alexandruz. Et cũ admonita de errore: per trepida tionem verba excuſationis quere ret: Reſpondit Alex. Nihil ẽ: ꝙ hoc ſermone confundaris. Naz ꝛ hic ẽ Alex. Paucis verbis ait Val. cum comite ſuo partitus eſt Iõ ecc.xiij. Ditiori te ne ſociꝰ fue ris. i. ei q dedignatur ꝯdeſcẽdere ꝛ ſe parificare ſocio. Unde Sen. epĺa. xcij. Penes deos imperiũ inter hoies conſortiũ. homo eniz eſt aial ſociale. i. de animalibus.

D ¶ Itez debet eſſe pia compaſſio ꝛ benefica ſuportatio. Ut enim di cit Sene. epĺa. xcvij. Societas noſtra ſilis eſt formationi lapidis i. domui teſtitudinarie: ꝛ cũ arcu bus facte: que caſura eſt. niſi in uicem obſtaret. Hoc eniz ipſo ſu ſtinet. ¶ Conſimile exemplũ po nit Greg. vbi. ſ. ꝛ ſuperaddit ꝙ ſi ego mores tuos non ſupporto: ꝛ ecõuerſo: nunqꝫ edificium cha ritatis ſurget iter nos. Gal. vj. alter alteriꝰ onera portate. ꝛc. Su per quo Aug bene ꝛ multum. li. lxxxiij. q. q. xvij. Nihil ingt ſic ꝓ bat amicum: quemadmodũ one

E ris amici portatio. ¶ Et ponit exemplum de loquacibus: perti nacibus: iracundis: ꝙ vnꝰ debet ſupportare alterius infirmitatem ſ. qꝫtum poteſt abſqꝫ peccato. Et exemplificat de ceruis tranſeun tibus aquam: quorũ priores por tant capita aliorum in clunibꝰ ſu is viciſſiz. Iõ. i. cor. i. Sic ſocij pa ſſionũ: ꝛc. Apoc. i. Ego frater ve ſter ꝛ ſocius in tribulatione. Sũt

F enim multi ſotij in proſperitate: pauci in aduerſitate. Et de hac ſo cietate Ambro. i. de offi. di. ꝙ rõ ſocietatis diuidit in duas partes: iuſtitiã. ſ. ꝛ beniuolentiam ſiue li beralitatẽ ꝛ benignitatẽ. Prima excellentior: Secũda gratior. Il la cenſuram tenet: iſta bonitatez Qualiuz autẽ debet eſſe ſocietas ſ. ſeniorum ꝛ adoleſcentiũ: alij te ſtimonio: alij ſolatio ſunt: alij ma giſterio: alij delectatiõi. exemplũ de Ioſue ꝛ Moyſe: Abraam ꝛ

G loth. Helia ꝛ Helyſeo: Paulo ꝛ Barnaba. Societatem his mo dis facit virtus que facit animuz dignum: vt veniat in conſortium Unde Sene. de naturalibus

Non enim poteſt eſſe ſalua ſocie
tas niſi amore ⁊ cuſtodia partiuꝫ
ait. Sen. ij. de ira. Et Aug. iij. cõ
ſeſ. Ea eſt ſocietas hominũ iuſta
que deo ſeruit. ecc. xli. A ſocio ⁊
H amico de iniuſtitia .i. erubeſce: ſi
facta eſt.

¶ Capl'm quartũ. De his que ſo
cietatem diſſoluunt.

Anc ſocietatem diſſoluit
h auaritia: ait Ambro. exã.
Omel. v. ponens exem
pli ð auibus rapacibus que nõ
ſũt ſociales. Jõ Sen. epl'a. xciiij.
I ait. Auaritia ⁊ luxuria diſſociaue
re mortales. Et Tul. iij. de offi. c.
v. dicit. ꝙ diſſoluitur ſocietas: cũ
quilibet querit ꝓprium comodũ
Diſſuadeat igil' predicator malo
rum conſortium: ⁊ bonorum cõ
ſortium ⁊ ſocietatẽ efficaciter ſua
deat; ⁊ ꝙ bonoꝝ ſocietas ſit talis
qualis deſcripta eſt.

¶ Nona diſtinctio. De virtuali
conuerſatione cum aduerſariis.
Capitulum primũ. Qð laudabi
le eſt bene viuere inter malos.

T qꝛ non ſufficit fide
li: ꝙ ordinate conuer
e ſetur ⁊ viuat cuꝫ his
K cum quibus eſt colli
gatus dictis modis:
ſed oportet: ꝙ virtuoſe viuat cuꝫ
aduerſariis: propter quod in lau
dem Job dicit: ꝙ vir erat in ter
ra hus nomine Job: vir ſimplex
⁊ rectus ac timẽs deum ⁊c. Ubi
Greg. mor. i. dicit. Non multum
laudabile eſt bonum eẽ cum bo
nis: ſed bonum eſſe cum malis.
Et Job. xxx. Frater fui draconũ
⁊ ſoci' ſtructionum. Ubi Greg.
mor. xx. idem dicit. et Eze. ij. Cũ
ſcorpionibus habitas. Ubi Gre
go. li. i. Omel. ix. idem dic̃. Jdeo
df iuſtus Loth. aſpectu ⁊ auditu
ij. Pe. c. Jn medio nationis pra
ue ⁊ peruerſe. Cant. ij. Sicut liliũ
inter ſpinas. ⁊c. Sunt ergo fide L
les admonendi: vt licet habitent
inter malos: iuſte tñ viuãt: decli
nãdo a malis eorum. Ro. vi. De
clinate ab eis. ⁊ diligant: orent: ⁊
benefaciant inimicis ⁊ perſequẽ
tibus ſe. Mat. v. Diligite inimi
cos veſtros. ⁊c. Jnimicus enim
diligendus eſt rõne nature: odiẽ
dus ratione culpe. ait. Aug. con
tra fauſtum. xiij. ⁊. xix. de ci. c. vj
Perfecto iquit odio oderã illos
⁊c. Jdem Greg. paſtoral'. ix. c.

¶ Capitulum ſecundum. Qð
ꝑ beneficia ⁊ patientiã vincũtur
inimici.

Jc enim debent fideles
facere: vt ſua beniuolen
tia: beneficentia: ⁊ largi
tatis munificentia: ac loganimi
tatis patientia conuertant aduer
ſarios: ⁊ reducant ad vitam iuſti M
tie ⁊ veritatis. Jdeo precipit Sal
uator. Mat. vi. Percutienti ma
xillam prebere aliam. i. ne vindi
cte potiuſq̃ patientie ſtudeat: ne
ꝙ contempnat eterna pro tem
poralibus: cũ ſint potius pro eter

nis tẽporalia contempnenda: tãꝗ̃ ſiniſtra pro dextris: ait Aug. ſuper Jo. Omel. v. Ubi ſequitur Paratus debetieſſe homo iuſt⁹ ⁊ pius patienter eorum malitiaȝ ſuſtinere quos fieri bonos querit vt numerus potius creſcat bonorum: non vt pari malitia ſe quoq̃ numero addat maloꝛuȝ. Et lȝ aliquando iuſtus: non ſic fecerit opere. ſ. maxillam prebendo percutienti alteram tñ perfecta patiẽtia. in coꝛdis preparatione eſt retinenda: vt ait ibi Aug. ⁊ Ro. xiij. Noli vici a malo. ꝛc. Quod exponit Auguſti. bene. vbi. ſ. Per beniuolentiam enim ⁊ beneficentiam reducunt aduerſarij ad pacem ⁊ concoꝛdiam. Si eſurierit inquit Apo. Jnimicus tuus ciba illum: ſi ſitit: potum da illi. Hoc enim faciens: carbones ignis congeres ſuper caput eius. Et de hoc Val. li. v. c. i. vbi loquit̃ ꝺ humilitate ⁊ clementia ponens exẽplum: qualiter per beneficia reducuntur aduerſarij ad amicitiã vt habitum eſt ſupꝛa parte ꝑma vbi de clemẽtia pꝛincipis. Unde ait ibi Dulcedo humilitatis: efferã barbaroꝛum ingenia penetrat hoſtiuȝ mollit oculos: ⁊ inuictos inſolentiſſimoſq̃ flectit. Nec illi difficile ⁊ arduũ eſt iter diſtrictos mucrones placidum, iter arripere. Uincit iram: pꝛoſternit odiuȝ: hoſtilemq̃ ſanguinem hoſtilib⁹ lacrymis miſcet. Et de hoc Señ. i. de clementia. c. v. vbi ponit exẽplũ de illo: qui ex conſilio vxoꝛis bñfecit aduerſario: ⁊ reduxit ad amicitie fidelitatem. vt habitum eſt ſupra. ¶ Similiter ꝺ hoc idẽ Señ. i. de beneficijs. c. iij. vbi ait. ꝙ per beneficioꝛum continuationem: ingrati ⁊ aduerſarij efficiũt grati ⁊ amici. Jngrat⁹ igt aduerſus vnũ bñficiũ nõ eſt aduerſus aliꝺ. Duoꝝ oblitus: tertiũ in eoꝛum que exciderunt memoꝛiam reducet. Ne ceſſaueris. Op⁹ tuũ perage: ⁊ partem boni viri exeq̃re Alium re: alium fide: aliũ gratia: alium conſilio: alium pꝛecepṫ ſalutaribus adiuua. ⁊ ponit exẽpla. Beneficia etiam fere ſentiũt neq̃ vllum tam imanſuetũ aĩal eſt: quod non cura mitiget ⁊ i ſui amoꝛem conuertat. Leonũ oꝛa a magiſtris impune tractant̃. Elephantoꝛum feritatem vſq̃ in ſeruile obſequium demeretur cibuſ Adeo etiam que extra intellectũ ⁊ eſtimationem beneficij poſita ſunt aſſiduitas meriti pertinacis euincit. ⁊ ſicut beneficia ⁊ beniuolentia humanas mitigãt iras ⁊ reducũt ad amicitias: ſic ⁊ dulcia verba. pꝛuer. xv. Rñſio mollis frangit iram: ⁊ ſermo durus ſuſcitat furoꝛẽ. vt enim ait Criſo. ſup Math. omel. xvij. Sicut ligna ignis materia ſunt: ſic quecũq̃ loquitur quis in ira: facta ſunt eſca ſcilicet illius. Et idem omel. xviij. dicit: ꝙ ira: debet vici patiẽ

do. Jgnis enim eſt. Sed ignis
non extinguitur igne: ſed aqua
Ecc.xxviij. Certamen feſtinatuꝫ
incendit lites. Sequitur. ſi ſuffla
ueris: quaſi ignis ardebit: ⁊ ſi ex
pueris extinguitur. De patientia
vero qua ſuſtinentur aduerſa: et
inimicitie dictuꝫ eſt in breuilogo
de virtutib⁹ ⁊.ſ̄.parte prima vbi
de patiētia principis. De his igit
colligationibus reipublice: ⁊ de
admonitionibus eorum predica
tor diuinus occaſionem ſumere
pōt conferendi cum eiſdem.

¶ Tertia pars principalis. De in
formatione hominum quantum
ad ea que ſunt omnibus com//
munia.

P Remiſſis occaſioni/
bus informandi ſin/
gillatim perſonas ex
quibus conſtituit reſ/
publica quaſi ex mē/
bris ſuis: ⁊ deinde enumeratꝫ col
ligationibus talium membrorꝫ
inter ſe: in hac tertia parte agitur
de informatione predictorum q̄
tum ad ea que ſunt cōia omnib⁹
⁊ ſingulis in quocunqꝫ ſint ordie
gradu: vel officio. Quorum que
dam ſunt naturalia quedaꝫ con
tingentia. Et

¶ Primo de his que ſpectant
ad differentias ſex⁹ ſcilicet qua
liter admonendi ſunt viri ⁊ mu
lieres communiter.

¶ Secundo de his que pertinēt
ad differentias etatis. ſcilicet q̄/
liter admonēdi ſunt infātes ado
leſcentes ⁊ ſenes.

¶ Tertio de his que reſpiciūt dif
ferentias conditionis. ſcilicet q̄
liter admonendi ſunt nobiles
⁊ ignobiles.

¶ Quarto de his que ſpectāt ad
differentias complexionis. ſcili
cet qualiter admonēdi ſunt pre
diti bonis naturalibus tam ex
parte anime q̄ ex parte corpo/
ris: ⁊ q̄lr admonēdi min⁹ p̄diti.

¶ Quinto de his que reſpiciunt
qualitateꝫ vite. ſ. qualiter admo
nēdi ſūt peccatores ⁊ penitētes

¶ Sexto de his que pertinēt ad
differentias ſtatus: ſcilicet qua/
liter admonendi ſunt virgines:
vidue: ⁊ coniugate.

¶ Septimo de his que ſpectant
ad modū vite. ſ. q̄tum ad poſ
ſeſſiones. i. q̄liter admonēdi ſūt
diuites ⁊ pauperes.

¶ Octauo de his que ſpectāt ad
varios ſucceſſus. ſ. qualiter ad/
admonendi ſunt exiſtentes in
aduerſitate ⁊ proſperitate: ſani/
tate ⁊ infirmitate. Et licꝫ ſint alie
multe differentie: de quibus ſunt
homines admonendi: qꝛ tamen
beatus Greg. ſufficienter diſtin/
guit varias admonitiones homi
num ſm varietates ſtatuū ⁊ con
ditionum. ij. paſto. c. iiij. Et poſt
ſ. qualiter admonendi ſunt diui/
tes ⁊ pauperes: prelati ⁊ ſubditi:
⁊ ſic de alijs: Ideo de p̄dictis dif
ferentijs nil ad preſens.

¶ Prima distinctio. De instru
ctione hominum ꝙtum ad diffe
rentias sexꝰ. Capl'm primũ. Qua
les debeant esse viri.

V PRimo ergo notandum:
ꝙ viri sunt admonendi
vt sicut sunt viri sexu: ita
sint viri statu ⁊ effectu: Vir enim
dr̃ a virtute: eoꝙ debet vincere
libidines: ait Aug. li. iii. sermonũ
sermõe. xiiij. ꝑz ꝙ ait Apo. ij. cor.
xiij. Quando factus sum vir: eua
cuaui que erant paruuli. Itẽ Sa
lustius. li. iij. sic accepi: mendatia
X mulieribus: ⁊ laborem viris con
uenire. Viri enĩ est proprie fortitu
do: ⁊ a viro dr̃ virtus: ait Tul. li.
iij. tus. q. Item Augu. iij. de ci. c.
xxi. tractans illud Enij. Mori
bus antiquis res stat romana vi
risq;. ⁊c. dicit: ꝙ non sint viri nisi
morati .i. habẽtes mores virtuo-
sos ⁊c. ¶ Item vir debet pñcipa
ri: ethi. viij. ⁊ i. cor. xi. ꝙ vir caput
y est mulieris. Illi ergo sunt viri a
quibus vincunt libidines. ⁊ vir-
tuosis moribus sũt ornati: ⁊ ordi
nate regũt vires interiores: ⁊ car
nales appetitus. De quibus Job
xxiiij. De ciuitatibus fecerunt vi-
ros gemere. Vbi Greg. mor. xx-
vi. di. ꝙ viri sunt q perfectis gres
sibus per viã dei nõ fluxe: ⁊ ener
uiter currunt: sed viriliter. Job.
xxvij. Viri perfecte vite homies
memorantur. ⁊ Job. xxvj. Accin
Z ge sic vir lũbos tuos. Et ibi Gre
go. mor. xxviij. Scriptura sacra
viros vocare consueuit: qui vias
domini fortibus ⁊ non dissolutis
gressibus sequunt. Qui ergo sũt
viri sexu studeant esse viri actu ⁊
effectu. q: horribile est: ꝙ sint vi
ri sexu: ⁊ femine vel effeminati ef
fectu: Viriliter ingt psal. age ⁊ cõ A
fortet cor tuum. Vnde puer. viij.
O viri: ad vos clamito. vbi Gre
go. mor. xxviij. Ego non feminis
sed viris loquor: q: hi q fluxa mẽ
te sunt: verba mea percipere ne-
quaq̃ possunt. Carnalis eniz vo
luptas: ⁊ femiea mollicies: aut flu
xa lẽitas ⁊ desidiosa ocisiotas ef-
feminant. Ideo dr̃ de domo vo
luptatis: ꝙ non est vir in domo
sua prouer. vij. Vnde ⁊ voluptas
carnalis significari potest per fõ
tem salinaris. Cuius vnda in fa- B
bulis dr̃ aspectu dcora: gustu dul
cis: tactu suauis: ⁊ omniũ sensuũ
vsui gratissima: sed tanta molicie
ingredientes eneruat. vt viris ef-
feminatis nobiliorem sexuz adi-
meret. Nec ante quisq̃ egredit
q̃ stupeat ⁊ doleat: se mutatuz in
feminam. Et de hoc Poli. li. v.
c. x. Et multi balneant se in fonte
voluptatis: ideo sunt effeminati. C
Nauz. iij. Ecce populus tuꝰ: mu
lieres in medio tui. Et non soluz
verificatur hoc de populo ⁊ per-
sonis infimis: sed etiam de maio
ribus. Isa. iij. Effeminati domi-
nabimur eis. Et q: effemiati mul
ta mala faciunt. Ideo. iij. Regũ.
xv. effeminati fuerunt in terra: fe-
ceruntq;

ceruntqꝫ oēs abhominationes.
¶ Capl̄m ſecūdū. De inſtructio
ne mulierum quo ad ſobrietatē.

Et non ſolum viri: ſunt
admonendi his modis
ſed etiam mulieres ſunt
admonende cōiter: vt virtuoſe
D viuant ſm ſtatuꝫ ſuum. ſ. vt ſub
iecte ſint viris: ſicut monet Apo.
i. cor. vij. ⁊ ſint tacite non loquē
tes. i. cor. ix. Mulieres in eccliis
taceant. ⁊ non ſint ocioſe: vel va
ge: vel curioſe: ſicut monet idem
Apo. i. Thi. v. reprehēdens tales
⁊ ex ꝑnti diſſuadens. ⁊ prie Pe.
iij. Mulieres ſubdite ſint viris
ſuis. Sequitur. Quaꝝ non ſit ex
trinſecus capillatura: aut circun
datio auri: aut indumēti veſtimē
toꝝ cultus. ¶ Specialiter aūt
ſunt mulieres admonēde: ꝙ ſint
ſobrie ⁊ moderate in alimētis in
E ebriatiuis. vt enim ait Vale. li. ij.
c. i. vini vſus olim romanis femi
nis ignotus fuit: ne. ſ. in aliqd̄ de
decus ꝓlaberentur: qꝛ ꝓximus a
Libero patre intemperantie gra
dus ad incōceſſam venerē eē cō
ſueuit. Mulier enim ebrioſa: ira
magna ⁊ cōtumelia ⁊ turpitudo
F ei⁹ non teget. Eccle. xxvi. ecōtra
eſt de multis: ſicut ait Señ. epl'a
xcix. vi. ꝙ maxim⁹ medicoꝝ: fe
minis nec capillos deffluē dixit
nec pedes lauare: Atqꝫ nūc ⁊ ca
pillis deffluūt: ⁊ egre ſunt pedib⁹
Non mutata eſt feminaꝝ natu
ra ſed vita. Nam cū viroꝝ le
giptima equauerint: corpoꝝ quo
qꝫ virliū incomoda equauerunt
Non minus peruigilant: nō mi
nus potant: gnimo: oleo ⁊ mero
viros prouocant. Sequitur. Be G
neficiū ſexus: ſuis vicijs perdide
runt. ⁊ qꝛ feminā exuerunt: mo
rib⁹ virilib⁹ implicate ſunt. Quid
ergo mirādū: maximū medicoꝝ
i mēdatio dephēdi: cū tot femi
ne podagre ⁊ calue ſint? Ma H
gna ergo diligentia debēt mulie
res ſtudere ſobrietati que conſer
uatiua eſt pudicitie. Sine eniꝫ ce
rere ⁊ baco friget Venus: ait Co
micus ⁊ recitat Hiero. epl'a. xxx.
⁊ Vale. ibidem libro. iij. c. i. Et de
bent cauere ab alimentis: eo ꝙ
ventrem diſtentum mero ⁊ cibo
ſequitur voluptas genitaliuꝫ: ait
Hieronim⁹ epiſtola. xxxvij. vñ
antiquitus mariti ꝓ cauebant: ne
vxores vinum biberent: vel ſal
tem: ne in bibendo excederent:
vt tactum eſt. ſ. Et vt ait Vale.
libro. vi. c. iij. Metellus eo ꝙ vi I
nū bibiſſet: vxorem ſuam fuſte
percuſſam interemit. Quod fac
tum: non tantuꝫ accuſatore ſed ⁊
reprehenſore caruit. vno quoqꝫ
eſtimante optimo exemplo: illaꝫ
violate ſobrietati penam repen
diſſe. Et ſane quecūqꝫ femina vi
ni vſuꝫ immoderate appetit: om
nibus virtutibus ianuaꝫ claudit:
⁊ delitijs aperit: ait ibidem. ⁊ ad
hanc ſobrietatem: vt. ſ. mulieres
ſint perfecte: ſobrie: ⁊ caſte debēt

m

a iuuentute ⁊ infantia informari
exemplo nutricis matris beati
Auguſti. que erat in cohercēdis
puelis cū opus eſſet ſancta ſeueri
tate vehemēs: ⁊ in docendis ſo-
bria vehementia. De qua narrat
Augu. ix. confeſſio. circa mediuꝫ
L di. ꝙ erat quedam decrepita que
propter ſenectam ⁊ optimos mo
res honorabatur: ⁊ filiarum cu-
raꝫ gerebat. i. m̄ris Augu. ⁊ alte-
rius ſcilicet ancille. Que nutrix
non ꝑmittebat eas preter horas
quibus ad menſam ꝑentum mo
deratiſſime alebantur: ⁊ ſi excan
deſcerent ſiti: nec aquam bibe
re: precauens conſuetudineꝫ ma
lam: ⁊ addens verbum ſanum.
Modo inquit aquaꝫ bibetis: qꝛ
M vinum in poteſtate non habetis
Cum autem ad maritos veneri
tis: facte domine apotecarum ⁊
cellarioꝝ: aqua ſordebit: ſꝫ mos
potādi remanebit. Hac ratione
precipiēdi: ⁊ auctoritate imperā-
di frenabat auiditateꝫ tenerioris
etatis: ⁊ ipſarum puellarum ſitiꝫ
formabat ad honeſtum moduꝫ:
vt iam non biberent quod non
deceret. ⁊ ibi Auguſti. ꝙ mater
ſua tunc puella: ad menſam parē
N tuꝫ bibebat vinuꝫ de cuppa eoꝝ.
Et ita ad illud modicum more
quottidiano addendo: in eaꝫ cō
ſuetudinem ꝓlapſa eſt: vt pleno ſ
mero caliculos inhianter hauri-
ret. ⁊ cum ancilla cuꝫ ea litigaret
adiecit hoc crimen: vocans eam
meribibulam: Quo illa ſtimulo
percuſſa: retexit feditatem ſuam
cōfeſtimq; damnauit: ⁊ exiuit.
Ideo clamat ibi Aug. admiran
do miſericordiaꝫ ⁊ prouidentiaꝫ
dei. Quid egiſti deus? Unde cu- O
raſti? Nonne protuliſti durum ⁊
acutum ⁊ ex altera anima conui
cium tanq̄ medicinale ferruꝫ ex
occultis prouiſionib⁹ tuis: ⁊ vno
ictu putredinem illam precidiſti
⁊ de alterius inſania ſanaſti alte
ram? Educatio igitur ⁊ ordinata
nutritio multum valet ad tenen
dam perfectam ſobrietatem.

¶ Capitulum tertium. Quales
debent eſſe mulieres quo ad ca-
ſtitatem.

Onſimiliter ſunt admo
nende mulieres de caſti
tate ⁊ pudicitia ſeruan-
da: ex qua ē honor eximius mu
lierum: virtuoſus decor: fame ſi P
ue opinionis odor. Omnis eniꝫ
pōderatio non eſt condigna cō
tinentis anime. Eccle. xxvi. Et ſe
quitur. Sicut ſol oriens mundo
in altiſſimis dei: ſic mulieris bo-
ne ſpecies in ornamentuꝫ dom⁹
ſue. Et ibidem. Gratia ſup gra-
tiam mulier ſancta ⁊ pudorata.
vt eniꝫ dicitur in tractatu: de. xij.
abuſionibus: ſextus abuſionis
gradus eſt femina ſine pudicitia Q
Sicut enim omnes bonos mo
res ꝓcurat ⁊ cuſtodit i viris pru-
dentia: ſic ⁊ in feminis honeſtus
actus fouet cuſtodit ⁊ nutrit pu-

dicitia. Sequitur. Impudica nã
ꝙ vita: nec laudem ab homini
bus in preſenti: nec remuneratio
nem a deo ſperet in futuro: pudi
ca vͦ famam bonaʒ inter hoies
poſſidet: ⁊ de ſpe future beatitudi
nis gaudet. Et de hac pudicitia
Vale. multū lib. v. c. ¶ Vbi po/
nens multa exempla ait. Et viro
rum ⁊ feminarum eſt precipuuʒ
fundamentum pudicitia. Et po/
nit multa exēpla de pudicie mu/
R lieribus que ſollicite fuerūt ⁊ dili
gentes in cuſtodienda pudicitia
⁊ caſtitate: que maluerunt vitam
amittere ꝙ̄ caſtitatem ⁊ pudici
tiam. Sicut de illis. que viris ea
rum occiſis laqueis ſibi ſpirituʒ
eripuerunt. De quibus. ſ. vbi de
amore coniugali. ¶ Ibideʒ nar
rat de greca femina: que cuʒ ho
ſtiū claſſe eſſet circūſepta: vt mor
te pudicitiam tueretur: ſe in ma/
re piecit: cuius corpus littori ap
S pulſum: ſepulture mandatū eſt:
⁊ eius memoria grecis laudibus
celebrata. ¶ Ibidem narrat de
Lucretia: que qꝛ a Tarquinio re
gis ſuperbi filio per vim ſtupruʒ
pati coacta: cum iniuriam ſuam
in conſilio amicorū deploraſſet.
ferro quod veſte tectuʒ attulerat
ſemetipſam interemit. ¶ Simi
T liter narrat de quodam: qui filiā
ſuam occidit: eo ꝙ Apius Clau
dius: poteſtatis viribus fretꝰ ſtu
prū eius expeteret: malens eē pu
dice filie interēptor ꝙ̄ corrupte
pater. ¶ Ibi etiā narrat de alia
que pati ſtupruʒ coacta: impauit
ſuis: vt iſtum occiderent interfe
ctiqꝫ caput manibus tenens: ad
coniugem venit: abiectoqꝫ ante
pedes eius iuenire ⁊ vltiōis ſue
ordinē expoſuit. Huius. qd aliō V
qcꝙ̄ ꝙ̄ corpus: in poteſtate ho/
ſtium veniſſe dicat. Naʒ nec ani
mus vinci: nec pudicitia eripi po
tuit. ¶ Narrat etiam ibi de ſeue
ritate quorundam in vltionē pu
dicitie. Sicut de quodam: q cuʒ
compiſſet filie virginitateʒ a quo
daʒ proditam: non contentus ſo
lum illum affeciſſe ſupplicio: etiā
puellā necauit. Itaqꝫ ne nuptias
eius turpes celebraret: acerbas
exequias duxit. ⁊ ibi de multis ta
libus deprehenſis in adulterio ⁊
ſtupro mulctatis pena mortis. ⁊
de his Ambroſius li. iij. de virgi
nitate. vbi ait: ꝙ pelagia apud
Anthiochiam cū eſſet quindeciʒ X
annorum: ⁊ a predonibus ſe cir
cūcingi videret: abſente matre ⁊
ſororibus ait. Deus remedio nō
offenditur: ⁊ facinus fides alle/
uiat: fert ornaſſe caput: nō vt ad
mortem ire videretur: ſʒ ad ſpō/
ſum: Quam videntes hoſtes: ce
perunt querere matrem ⁊ ſoro/
res. Que cum hoc vidiſſent: di/
xerunt: Ecce aqua quis nos pro
hibet baptiʒari? Precamur deꝰ
vt corpora noſtra vel vnda diſp/
gat. Et tanꝙ̄ ſi choros ducerent
ingrediuntur in medium aluei.

Nec cadauera vnda nudauit:
qñ ſancta mater licet ſenſu carẽs
pietatis tamen adhuc ſeruabat.
amplexum. ⁊ religioſum queꝫ te
nebat modum nec ima laxabat.
Tamen pro ſeruanda pudicitia:
V vel cauenda iniuria: non debꝫ ſe
fidelis interimere ſicut determi-
nat Auguſti. i. de ci. c. xvi. vbi ait
ꝙ pudicitia eſt virtus mentis q̃
non poteſt auferri inuite. Et. c.
xviij. loquens de Lucretia ſupra
dicta: que ſe interfecit: ꝙ egregie
veraciterqꝫ qdam declamãs ait.
¶ Mirabile dictu. duo fuerunt: et
Z adulterium vnus comiſit. Splẽ
dide atqꝫ veriſſime: ait Auguſti.
intuemini in duũ corporũ cõmi
xtione vnius iniquiſſimam cupi
ditatem: alterius caſtiſſimam vo
luntatem: non qd coniunctionẽ
membrorum: ſed qd diuerſitate
animorũ ageretur. Ideo ait. Nõ
ergo fidelis nec infidelis ſe debꝫ
occidere ad talia ꝓcauenda: ſed
violentiam ſuſtinere non conſen
tiendo libidini volũtate: quia pu
A dicitia eſt res animi: virginitas
corporis: ⁊ ea integra in animo
remanente: poteſt hec de corpo-
re violenter auferri ait Augu. ꝯ
Julianũ. viij. Non enim licet ꝓ-
uata poteſtate hominem occide
re vel innocentem: cuius occidẽ
di licentiam lex nulla conceſſit. ⁊
profecto: qui ſeipſum occidit ho
micida eſt: ait Aug. vbi. ſ. de ci.
c. xxi. Qd autem ſanctꝰ Ambro.
vocat mulieres illas ſanctas que
ſe ſubmerſerunt: ſane intelligen-
dum eſt. ꝙ non ſunt ideo ſancte B
quia ſic ſe occiderunt: ſed eo mo
do quem deus nouit. vt eniꝫ ait
Aug. vbi. ſ. de ci. Sampſon nõ
aliter excuſatur de eo ꝙ ſeipſum
cum hoſtibus in ruina domꝰ op
preſſit: niſi ꝙ ſpũs latẽter id iuſſe
rit q per eum miracula faciebat.
An illo modo mulieres ꝓdicte
inſpirate ſe morti expoſuere tan- C
git ibi Aug. c. xv. di. De feminis
que ſe in fluuium precipitauerũt
tempore perſecutionis quaruꝫ ec
cleſia miſteria celebrat: ſi hoc fe
cerũt diuinitꝰ monite: nõ huma
nitus decepte: non errantes ſed
obedientes: vt de ſampſone ſcilꝫ
dici poteſt: aliõ nobis nõ eſt fas D
credere. Qd autem deus iubet
ſeqꝫ iubere ſine vllis ambagibꝰ
intimat: quis obedientiaꝫ: crimẽ
vocat: quis obſequium pietatis
accuſat: ⁊c. In mulieribꝰ v̊o gen
tilibus zelus pietatis cõmendã-
dus: exceſſus tamẽ in facto quo
ſe necauerunt minime imitãdus
Q̃te v̊o reuerentie fuerit pudici
tia apud paganos: ait Solinus
libro. vij. c. xvi. vbi narrat de ꝑte
Indie vbi ſe ſe veneri penitus
abdicauerunt. pecuniam neſciũt E
nemo ibi naſcitur: nec tamen de
ficit hominum multitudo. locus
ipſe adictus eſt pudicitie: ad quẽ
licet vndiqꝫ plinij gentium ꝓpe-
rent: nullus admittitur: niſi queꝫ

castitas fidei innocentieqȝ meri/
tum cõsequatur. Nam qui reus
est et leuis culpe ꝗuis sũmopere
adipisci ingressum velit: diuinit⁹
submouetur. Itaqȝ per immen/
sum spacium seculoꝝ incredibile
dictu: eterna gens est cessantibus
puerperiis. hec ille. ¶ Pudici/
tia ergo honoranda: quando est
perfecta scilicet in affectu: et simi
F liter i omni sensu et effectu: ac cõ
uersationis gestu. vt eniȝ ait Va/
lerius libro. iiii. c. iii. cum quidaȝ
formam cuiusdã pueri laudasset
alius increpans intemperantiaȝ
ait: non solum manus a pecunia
sed etiaȝ oculos a libidinoso aspe
ctu continentes esse debere. Et
libro. vi. c. i. dicit de quodam qui
dixit filie: vt non solum virgini/
tatem illibatam: sed etiam oscula
ad virũ sincera seruaret scilicet si
ne admixtione alicui⁹ libidinis.
Et Hiero. ꝯ Iouinianum dicit:
ꝙ Diuellius duxit vxorem vir/
gineȝ tante pudicitie: vt illo secu/
lo fieret ꝓ exemplo: quo erat im
G pudicitia monstrum: non tantũ
vitiuȝ. Hic in iurgio audiuit: ꝙ
os fetidum haberet. Et rediens
domum conquest⁹ est vxori: qa
hoc sibi non dixerat: vt remedia
ꝗreret. Cui illa respondit: ꝙ cre/
debat sic omnibus viris ora ole
re. Illa ergo laudanda in vtroqȝ
et si viri vitiũ ignorauit: et si patiẽ
ter tulit. hec ille. Et in hoc etiam
laudanda ꝙ osculũ non prebue
rat alteri viro sicut faciũt multe.

¶ Capitulum quartuȝ. Quales debẽt esse mulieres quo ad quietem et taciturnitatem.

ET mulieres sic caste sũt
e admonẽde: vt sint quie/
te et tacite. vt eiȝ ait Cri/
sosto. sup Io. omel. lxi. mulieꝝ H
est domi pſari et quiescere. Si/
cut legitur de Sarra: ꝙ erat in
tabernaculo. Gẽ. xviii. et đ bea
ta virgine: ꝙ ad eam ingressus ẽ
angelus. Luc. ii. Et sic erat in lo
co archão et secreto. Mulier. n.
scala est ad temptandũ: ait Gre.
moral. iii. et parui sensus: decepti I
bilis: et magne voluptatꝭ ait Aui
cena. x. phie. et fortis ad malitiaȝ:
ait Criso. vbi. s. Et vt ait Hero/
dotus: mulier cuȝ veste deponit
verecundiam: vt habitum est. s.
parte. ii. c. quid sit coniugium. Et
ideo ne sint aliis occasio ad pec/
canduȝ: et ne ipse labantur in pec
catum: non debent esse vage in/
quiete garule: nec ociose. De qui
bus. i. ethi. ociose discunt domos
discurrere. etc. Ideo vt ait Tuli⁹ K
primo de offi. c. v. circa feminas
maioruȝ instituta censuerũt que
modestie: que sobrietati patroci/
nabantur: cum aurum nulla no/
rat preterꝙ vnico digito quam
sponsus oppignorasset pronubo
anulo. Et a vino adeo abstinere
vt matronam ob ressignatos cel
le vinarie loculos inedia necarẽt
Item sub Romulo mulier que

vinũ attigerat: a marito impune
trucidata eſt. Oſcula autem pro-
pinquis offerre neceſſitas erat ñ
alijs.

¶ Capitulum quintũ. Nõ mu-
lieres ſint in ornamẽtis tempate

L Sunt etiam admonende
vt ſint ornamentis cõ-
petentib⁹ ⁊ religioſis in-
dute. i. Pe. iij. Quarum non ſit
extrinſecus capillatura: aut circũ
datio auri aut veſtimentorũ cul
tus: ⁊c. vnde de impudice ſe ornã
tibus: multum loquitur Hiero.
M epiſtola. cviij. Ille oculos xpia-
nos ſcandaliçant potius que pur
puriſſo ⁊ qbuſdam fucis ora ocu
loſq́ꝫ depingunt: quarum facies
egiptie nimio cãdore defformes
ydola mentiuntur: quas nec nu-
merus annorum poteſt docere:
ꝙ vetule ſint: que capillis alienis
verticem ſtruunt: ⁊ preteritã iu-
uentutem in rugis anilibus polu
unt. Erubeſcat mulier xpiana: ſi
naturam cogit in decorem: ſi car
nis curam facit in concupiſcen-
tijs. ⁊c. Idem epla. xcviij. Quid
facit in facie chriſtiane purpuriſ-
ſus ⁊ ceruſa. Sequitur. Ignis
iuuenum: fomenta libidinum:
impudice mentis indicia. Orna
N tus iſte non dei eſt velamen ſed
antichr. Et Criſoſtomus ſuper
Math. omel. xxx. Adijcere ali-
quid ymagini regie: periculum ẽ
deum offendit: ſobrietatem ſuffo
dit: zelotipie flammam accendit
zelatur meretricãtes. Et Amb.
multũ examine. Omel. ix. vbi ait
Pictus es o homo? Sequitur.
Noli delere bonam picturam.
Noli tollere picturam dei: ⁊ aſſu
mere meretricis. Illa pictura: vi
cij eſt non decoris: fraudis non
ſimplicitatis. Fallit decipit: vt nec ei
placeas cui placere deſideras: q O
itelligit ñ tuũ ſed alienũ eẽ q̊ pla
ceas: ⁊ tuo diſplices auctori. q vi
det opus ſuum eſſe deletum. Et
ponit exemplum de artifice: qui
indignatur: cum videt opus ſuũ
adulteratum. Sic qui adulterat
opus dei: graue crimen commit
tit. Graue crimẽ eſt. vt putes: ꝙ
melius te homo pingat ꝙ̃ deus.
⁊c. Diligenter ergo ſunt admo-
nende mulieres: vt ſcilicet a tali
bus caueant. vnde narrat domi- P
nus Pariſieñ. i tractatu de vni-
uerſo de quadam muliere que
tingendis ⁊ ornandis crinibus
dum viueret intendebat: ꝙ poſt
mortem apparuit cuidam pecti-
nans crines ⁊ ornans: Et dixit:
ꝙ iſta pectinatio erat ſibi intolle
rabilis cruciatus: ⁊ ꝙ pecten ip-
ſum immenſitate ponderis eam
grauabat ⁊ intollerabiliter depri
mebat. Qua apparitione placuit
bonitati diuine inſinuare: ꝙ̃ peri
culoſa eſt ſtudioſitas in predictis
ornatibus. De differentijs autem
pudicitie virginalis: vidualis: ⁊
coniugalis dicetur. ī.

¶ Secunda diſtinctio. De in-

ſtructione hominum ſm differẽ tias etatum.

Q Similiter admonẽdi ſunt homines cõmuniter de ordinato mõ viuendi ſm differentias etatū. Sicut enim varie ſunt etates: ſic varie informationes: vt eniꝫ dicit Papi. prima etas ducitur per ſepteꝫ annos que dicitur infantia. Secũda vſqꝫ ad quartũdecimum q̄ dicit pueritia. Tertia vſqꝫ ad vigeſimumoctauum ſcilicet adoleſcentia. Quarta vſqꝫ ad quadrageſimuꝫ: que eſt iuuentus vel virilitas. Quinta vſqꝫ ad ſexageſimum ꝓtendit: que dicitur ſeniuꝫ declinata a iuuentute in ſenectutem. Sexta ſenectus: que nullo annorum numero terminatur: que ⁊ ſenium dicitur. Et de his bene Augu. i. ꝯ manicheos. Et q2 his etatibus ſunt quedam propria: vt ait Tulius ď ſenectute. c. iiij. eſt ingens īfirmitas puerorꝫ: velocitas iuuenum: grauitas virilis etatis: ſenectutis ď o maturitas: ideo admonẽdi ſunt omnes ſm differentias etatum.

R

¶ Capitulum. i. De informatione infantium.

S De inſtructione auteꝫ infantium ſcilicet qualiter patres debent eſſe ſollici ti dictum eſt. ſ. parte prima. Et ď hoc Hieronim⁹ epiſtola. 50. dicit: ꝙ non eſt parui meriti apud deuꝫ: bene educare filios: vnde ait Apoſtol⁹ de vidua. i. Thi. v. Si filios edificauit. ⁊c. Et idem Hieronim⁹ mł'tum de hoc ep̄la lxxxix. que dicitur de inſtructiõe filie. Vbi ait magiſter: ꝓbe etatis ⁊ vite eruditionis eſt eligẽdus Nec puto erubeſcit vir doct⁹ in nobili virgine: qđ fecit Ariſtote. in filio Philippi: vt ipſa librorꝫ vtilitate: īitia miſtraret litterarũ nec diſcat in tenero qđ dediſcenꝫ dũ eſt. Difficulter raditur qđ rudes animi perbiberũt. Lanaruꝫ T conchilia: in priſtinum colorem quis reuocet? Et teſta ſaporem et odoreꝫ quo primo imbuta eſt retinet. Exemplũ de Alexandro: q moribus ⁊ inceſſu Leonidis pedagogi ſui: ⁊ vitijs quib⁹ fuit paruulus infect⁹ carere non potuit: cũ eſſꝫ dominator orbis. Et poſt Nutrix non ſit temulenta: nõ laſciua non garula. habeat ſcilicet filia modeſtam gerulaꝫ: nutriciā V grauem. ⁊c. Item Hieronimus epiſtola. lxxxvij. In tenera etate facili⁹ ſancte conuerſationis vſus innoleſcat. Optimi ad inſtructionẽ primi anni. habent in ſe qdđam molle: ⁊ quod facile formari queat: ⁊ ad arbitrium volentis trahi. Et ponit exemplũ ď arbuſculis que in partem quālibet flecti poſſunt. ⁊ tenera animalia ſine labore domari ſolent. Sequit Id penitus ſolet inherere ſenſibus qđ primo ceciderit duꝫ mollis

etas.⁊ animus facile ducitur:ex-
ercendi boni conſuetudine. Con
ſimilia exempla ponit Anſelm⁹
X d̄ ſimilitudinib⁹.c.liiij.di.ꝙ mol
lis cera recipit ymaginem ſigilli
⁊ tenet eam cū eſt indurata. Sic
eſt de etate infantiuz:q꞉ informa
ri poſſunt in ea. Et ſicut in indu
rata cera non poteſt bene forma
ri:ſic in etate indurata non prius
informata. Sunt ergo pueri ſo-
brie nutriendi:ait Aug.xij.de ci.
c.xv. Si pro viribus ſuis alatur
infans:fiet vt creſcendo plus ca-
piat:ſi modū ſue capacitatis ex-
cedat deficit anteq̄ȝ creſcat. Et d̄
hoc Seneca.ij.de ira dicit.ꝙ vi
num negandū eſt pueris: vt ait
Plato. Nec cibis quidez implē
Y di ſunt:diſtenderentur enim cor
pora.⁊c. ¶ Item inſtruēdi ſunt
ab initio:fidei documentis:pro-
ut ait Hugo de ſacramētis libro
ij.parte.vi.c.xij.di.ꝙ patrini ſunt
fideiuſſores pro eis quos in ba-
ptiſmo ſuſceperunt: vt eos cùm
ad legiptimam etatem peruene-
rint admoneant. Fidem rectam
⁊ conuerſationem bonam cuſto
dire. Ante omnia v̄o Simbolū
⁊ dominicam orationem ſcilicet
Z eos doceant. Et Grego.vij.regi
ſtri peto: vt paruulos dominos
quos nutris:precipue in morib⁹
inſtruere cures. ⁊ eunucos q̄ eis
deputati ſunt admone:vt ea illis
loqui doceant:que eorum mētes
in charitate circa ſe inuicez:⁊ er-

ga ſubditos in manſuetudinem
compungant. Sequit̄.verba nu A
trientiū aut lac erūt ſi bona ſunt
aut venenum ſi mala. Talia er-
go nunc eis ſugerant q̄ poſtmo
dū oſ̄dāt ꝙ bōa fuerūt q̄ ab eis
ſuxerunt. Ideo monet Heroni-
m⁹ vbi.ſ̄.ꝙ nutrix nō ſit garula
¶ Itē ſunt pueri a pc̄is ſūme co
hercendi: q꞉ multa ſunt peccata
puerorꝫ ſic̄ enumerat Aug.i.ꝯfeſ.
vbi ait loquens de ſe. Tantillus
puer:⁊ tantus peccator. Pecca- B
bam inq̄t contra preceptum pa-
rentuȝ.⁊ magiſtrorum. Vn̄ nar-
rat de peccato quo furabat̄ pira
cū ſodalibus. Et ibidem. Vidi ze
lātē paruulum. Nundū loqueba
tur ⁊ intuebat̄ paruulus palidus
collactaneum ſuū. Et ibi enume
rat multa talia. Jdō parentes de-
bēt eos cohibere a peccatis. Vn̄
enim ait Hiero. epiſtola.lxxxix. C
vſq̄ȝ ad ſeptē annos puerorū pec
cata parentibus iputant̄. ¶ Itez
caſtigandi ſunt: ⁊ modo debito
verberandi ſcḋm ſniam Salomo
nis. Noli ſubtrahere a puero di-
ſciplinā. Et Ezech.xxxvj. Curua
ceruicez eius in iuuētute. Et.vij.
Filij tibi ſunt erudi illos.⁊ curua
eos a pueritia. ¶ Item ſunt eru D
diendi debitis artificijs: ⁊ ſuo ſta
tui conuenientibus.vt.ſ. nobiles
erudiantur in operib⁹ que ſūt no
bilium. ⁊ ſi indigeant viuere arti
ficio erudiant̄ in artibus ſibi de-
bitis.vt poſſint comuniter viuer̄

⁊ iuſte. Uñ ⁊ de Conſtantino di-
ctum eſt parte.i.ꝙ ſic inſtituit fi-
lias in arte texendi ⁊ nendi: vt ſi
neceſſe eēt: ex illis viuere poſſent
E Item ſunt imbuendi fide ⁊ diui
nis mandatis ⁊ informandi vir-
tuoſis moribus ſicut tactum eſt:
ſicut fecit Thobias: qui ait ad fili
um. Tob. iiij. Attende tibi ab om
ni fornicatione.

¶ Capl'm ſecundum. De infor-
matione puerorum.

Et ſicut ſunt informandi
e in infantia. ſic in ſequen
ti gradu etatis que dicit̃
pueritia maxime a peccatis cauē
dis: In ipſa enim etate inſurgūt
libidines ⁊ concupiſcentie: idō la-
borandum eſt: vt ſobrietate: caſti
tate ⁊ labore domentur. Ut eniꝫ
ait Criſo'. ſuper Math. Omel.
F xlviij. ſicut terra fructuoſa eſt iu
uentus: que ſi negligit: multas p
ducit ſpinas. Et poſt. Immitta-
mus ignem: comburamus per-
nitioſas concupiſcentias: arem'
areas noſtras ad ſeminis ſuſce-
ptionem. in Juuentute ſobrietas
fulget: q: inopinabile hoc ſcilicet
tranquillitate influctuationib' po
tiri: in camino non comburi: i iu
uentute nō impudicū eſſe. Et po
G nit exemplum de Joſeph. ¶ Itē
iſti ſunt in laboribus debitis exer
cendi qui ſtatui ſuo cōpetūt: ⁊ bo
nis moribus informandi. Et de
vtroqꝫ Tuli' li.i.d offi.c.xxxviij.
Eſt adoleſcētis: maiores natu ve
reri ingt: ex his eligere optimos
⁊ pbatiſſimos: quorum conſilio
⁊ auctoritate nitant. Et ſequitur.
¶ Maxime hec etas a libidinib' H
eſt tollenda: in labore ⁊ patientia
animi ⁊ corporis exercenda: vt i
bellicis ⁊ ciuilibus officiis eoruꝫ
vigeat induſtria. Caueant intem
perantiaꝫ: meminerint verecun-
die. Qd erit facilius: ſi in huiuſ-
modi rebus: maiores natu velint
intereſſe. Ineuntis enim etatis i-
ſolentia: ſenum prudentia cuſto-
dienda ⁊ regenda eſt. Iteꝫ Tuli' I
li.ij. tuſ.q. Leges ligurgi labori-
bus erudiunt iuuentutē venādo:
currendo: eſuriendo: ſitiendo: al
gendo: eſtuando. Sparte quoqꝫ
pueri ad aram ab vberibus acci
piunt: vt multus e viſcerib' ſan-
guis exeat: vt habitum eſt. ṡ. pte
i. Et Señ. epiſtola. xxxi. di. ꝙ na
tus i Spartia: arcū tēdit: germa
nia haſtile vibrat: i italia eqtare:
i hiſpania cautius hoſtē pcutet.
Item Saluſtius li.i. loquens de K
quadā gente dicit: ꝙ mos eius eſt
equitare: iaculari: curſim cū equa
libus certare. Et Tul.i. rethorice
recitans ūba Terentii di: ꝙ De-
mas ⁊ Mithon fratres fuerunt
⁊ Demas filiū nutriēdū tradidit
Mithoni: quem nutriuit ⁊ veſti
uit laſciue: ita ꝙ fuit ebrioſus ⁊ lu
xurioſus. Ideo ait Demas ad fra
trem. Quid agis: Cur pdis ado L
leſcētē. ⁊c. Et vere ſic faciūt mul-
ti diuites q nutriunt in laſciuia fi

bi cõmendatos: ⁊ eos perdũt. Et
ſicut dictũ eſt de pueris ⁊ infanti
bus nutriendis ſic intelligendũ
eſt de puellis. Unde ecc. vii. Filie
tibi ſũt: ſerua corpus illarũ: ⁊ ne
oſtẽdas hilarẽ faciem tuã ad eas
ſ. permittendo illas laſciuire. ⁊ de
hoc ſufficienter Hiero⁹. epiſtola
M pdicta. ſ. de inſtitutione filie: vbi
ait Nihil aliud diſcat audire vel
loqui: niſi qđ pertinet ad timorẽ
dñi Turpia nõ intelligat: cantica
mundana ignoret. adhuc tenera
lingua pſalmis dulcibus imbuat
procul ſit laſciuia puerorum: pu
elle ⁊ pediſece a ſecularib⁹ conſor
tijs arceant. Sequit. Si ſollicita
⁊ prudens es: ne filia percutiatur
a vipera: cur non eadẽ. cura pro
uides ne feriatur a maleo ire? ne
egrediat Cum Diana: nec ludat
N nec trahat cantus. Poſtꝙ gran
diuſcula eſt pergat ad templum
cũ parentibus: nec inter turbas i
ueniat. Exẽplũ ſumat a Maria
quam Gabriel in cubiculo repe
rit. Luc. ij. ⁊ a Sarra q̃ ait. Tob.
iij. Nunꝙ cum ludentibus miſ
cui me. et a matre beati Auguſt.
vt. ſupra.

¶ Capl'm tertium. De informa
tione adoleſcentium.

Similiter admonẽdi ſũt
exiſtentes in. iij. dr̃ia etaꝫ
que eſt adoleſcẽtia: vt ca
ueãt a pdictis: ⁊ ſicut creſcit etas
corpis: ſic creſcat etas virtutiſ. ait
Hiero. de continentia virginali.
Creſcat in te inquit etas cum ani
mis: cũ etate iuſtitia: ⁊ fides cor O
fectior videat quo ſenior. Sequit
Omne tempus in quo te melio
rem nõ ſenſeris: hoc te eſtima p
didiſſe. Job. xxxi. Ab iſantia cre
uit mecũ miſeratio. Ubi Grego.
mor. xxxi. ait. Electis: cum foris
etas corpis: intus ſi dici liceat cre
ſcit etas virtutis. Et hoc dictat ra
tio: vt ſicut creſcit ſenſus viuaci
tas: ſic creſcat virtutum perfecti
bilitas. Sunt ergo adoleſcentes
informandi ⁊ inſtruendi magis P
etiã ꝙ infantes: vt a peccatis ca
ueant. laboribus ſe exerceant: ho
neſtis ſe moribus ornẽt: ⁊ matu
re ſe gerant. Ut eni ait Ualerius
li. vij. c. v. ciuitas noſtra: nobiliũ
iuuenũ ingenia ab inſolentia re
uocãdo: magiſtros ⁊ vtileſ ciues
fecit honoribuſqꝫ debitũ auctori
tatis põdus adiecit. Et vt ait An Q
ſel. de ſimilitudinibus. c. xlvj. i iu
uentute cõmendanda eſt oris ta
citurnitas: corporis continentia:
⁊ verecundia. Et de tali adoleſcẽ
tia loquit Job. xxix. Sicut fui in
diebus adoleſcentie mee. Et ecc.
xi. Letare iuuenis in adoleſcen
tia tua: et in bonis ſit cor tuum in
diebus iuuẽtutis tue. Juueni eni
parendũ: ſeni vtendũ: ait Sen.
epl'a. xxxviij. ⁊ maxime admonẽ
diſunt adoleſcentes: vt ſint ſubie R
cti: ⁊ obediẽtes ac obſequioſi: qa
vt dr̃ in tractatu de duodeci abu
ſiuis: terti⁹ gradus abuſionis eſt

adoleſcens ſine obedientia. Se-quit. Sicut in ſenſibus ſobrietas ꝛ morū perfectio: Sic in adoleſcētib⁹ obſequiū: ſubiectio: ꝛ obedientia rite requirat. Et poſt. Sicut fructus non inuenit in arbore in qua flos prius non apparuit: ſic ꝛ in ſenectute honorez legiptimuz conſequi non poterit: qui in adoleſcentia alicui diſcipline non S laborauerit.

¶ Capl'm quartuz. De informatione virorum.

Taliter aūt ſunt admonendi in ea etate que dr virilitas: dictum eſt ſup̄ vbi de informatione virorū. Eo eni quo ſunt vigore virtuoſiores cōplexione temperantiores: inco lumitate ſaniores: ad ſuſtinenda terribilia conſtantiores: eo ipſo debent perfectius ſeruire creatori di T centes cum pſal. Fortitudinē meam ad te cuſtodiam. Viriliter in gt age: ꝛ confortet cor tuū. Job. vj. Quid eſt fortitudo mea: vt ſuſtineā? Vbi. Greg. mor. vij. Fortitudo iuſtorum eſt: carnē vincere: voluptatibus proprijs contraire: delectationes vite p̄ſentis extinguere: huius mundi aſpera p̄ eternis premijs amare: proſperitatis blādimenta contempnere: V aduerſitatis metū in corde ſuperare. Iſa. xl. Qui confidūt in domino mutabunt fortitudinē. Admonendi ſunt ergo tales: vt ſint viri actu ſicut ſunt ſexu: vt dictuz eſt ſupra.

¶ Capl'm quintū. De informatione ſenū a ſenectute.

Onſimiliter ſunt admonendi ſenes: prout dicūt ſenes a ſenectute: quia di- X citur ſenior ſm papiam: q̄ ſicut etas corpiſ creuit: ſic creſcat etas virtutis: et vt in tali etate ſit omnium voluptatum iuuenilīū abdicatio. Quia vt ait Tul. de ſenectute: preclarū mun⁹ etatis. ſ. huius eſt q̄ aufert a nobis quod in adoleſcentia eſt vicioſiſſimuz. ſ. voluptates. Sic Paulus q̄ factus eſt vir: euacuauit que erant puuli. i. cor. xiij. Multo magis qū qs fact⁹ eſt ſenex dz talia euacuare. Ideo Señ. ep̄la. lxxviij. Y ait. Gratias ago ſenectuti mee: q̄ quicqd debebā nolle non poſſum. ¶ Item ſunt admonēdi tales vt circa ſalutaria ſtudia ſit eorum occupatio. Unde Señ. vbi ſ. Ego gratias ſenectuti: q̄ lectulo me affixit. Sequit. Cum libellis mihi plurimus ſermo. vt eniz ait Auic. pte. v. de anima. Poſt quadraginta annos intellectus roborat. ꝛ Tul. de ſenectute. c. iiij di. q̄ memoria: induſtria: ingenium q̄ vigent in ſenib⁹. ſ. dcō modo anteq̄ ſint decrepiti. Et Señ. Z ep̄la. lxxvj. Queris quid doceā? Reſpondeo: ſeni eſſe diſcendum. Et ibidē. Quid ſtultius ē q̄ diu non didiceris non diſcere? Omnis etatis homies ſcola admittit.

A In hoc ſeneſcamus. Tamdiu diſcendum eſt: q̄diu quis neſciat: & ſi pūerbio credim⁹ q̄diu viuit. Nec vlli rei magis hec etas conuenit q̄ huic. ¶ Itē admonēdi B ſunt: vt ſit i eis virtutū rectitudo vt eniȝ ait Ambro. exam. omel. i. Senectus eſt in bonis morib⁹ dulcior: in conſilijs vtilior: ad cōſtantiā ſubeūde mortis paratior: ad reprimēdas libidies fortior. Et Tul. de ſenectute. c. x. dī. q̄ arma ſenectutis ſunt artes exercitationeſq̄ʒ virtutū. Unde ſeneſ pl⁹ agunt conſilio: auctoritate: & ſententia illis qui laborant: pūt exē C plificat ibi de multis ph̄is. & eoꝝ conſilijs. ¶ Itē debet eſſe in eis bonoꝝ morū perfectio vt dictum eſt. ſ. ab Ambro. & virtutis alijs predicatio: prout ait Val. li. vi. c. i. de quodaȝ q ait. Duas res que amariſſime videnť hominibus ſibi prebere licentiā ad libere loquendū. Ex quo enim erat ſenex & cito moriturus nec hēbat plēȝ pro qua eēt ſollicitus libere dicere poterat veritateȝ: nec timebat.

¶ Caplm. ſextū. De informatōe ſenum a ſenio.

Et ſi ſenes decō modo dicti: debent eſſe tales: merito magiſ ſenes dicti a ſe D nio: quod eſt decrepita etas: Senes dicti quaſi ſe neſciāt. Deliſtrāt eni propter nimiā ſenectuteȝ. Ut enī ait Sen̄. epiſtola xxxj. Senectus ē fex: & edificium putreſcēs ruens vndiq̄ʒ. Ideȝ epiſtola. lxi. Quemadmodum ſenectus adoleſcentiā: ita mors ſequiť ſenectutem. & ibi. Queadmodū in naui que in ſentinā trahit: cum vni rime: aut alteri obſiſtitur: vbi plurimis locis laxari cepit: & ceteris ſuccurri nō poterit: nauigiū deijcitur: ita eſt d̄ ſenili corpore: tāq̄ʒ d̄ de putrido edificio: ois iunctura dilabitur: & dū alia claudiť: alia E diſtenditur. Circumſpiciendū ergo eſt: quomodo exeat. Sequiť. Nihil habet qd̄ ſperet: quem ſenectus ducit ad morteȝ. Huic intercedi nō pōt. Alia genera mortis: ſpei ſunt admixta. Non ſic d̄ ſenectute. Sūme aūt cauere debent ſenes ab exceſſu in alimentis: quia vt dr̄. li. Saturnaliuȝ: ſe F nes citius inebriant ſm Ariſtotelem q̄ ai eis corpus ſiccuȝ: & in membris durioribus nāles meatus: & id̄ exalatio cerebrum aſcēdit. Et ſequiť. Hinc fit: vt ſani ſenes magis iuuenū laborent tremore membroꝝ: timbantia lingue: abundantia loquēdi: iracundie pcitatione. Studiū ergo talis ſenis eſſe dȝ: vt moriant in eo vitia anteq̄ʒ ipſe moriať: ait Sene. epl. xviij. Moriant i te vitia pri⁹ voluptateſ: turbitas: &c. Et ibidē G Numera ānos tuos. pudebit: ea velle q̄ volueraſ puer. &c. Et epl̄a lxvij. Hec eſſe debēt opera ſenis illa nolle q̄ voluit puer: & bn̄ mori. Si enim non ſit talis: erit pu-

er centum annorum: puer.ſ.mo
ribus centū annoꝝ. Iſa. vltimo.
Puer centum annorū moritur.
Sicut. exponit Greg. mor. xvij.
Nihil eniȝ turpius ꝙ̄ ſenex inci
H piens viuet: ait Sen̄ epl'a. xviij.
ꝛ phus. Sero eſt tunc viuere. qn̄
diſidendū eſt. Hoc enim eſſe dȝ
ſtudium ſenis: abdicare preteri-
tas voluptates: recogitare iugiter
priores culpas: ꝛ defectiones ac
ſuas penalitates ſeniles. Ut. n. ait
Grego. ſuper euangelium lib. i.
omel. i. in illa etate ſtatura curuat
I ceruix deprimitur: frequentibus
ſuſpirijs pectꝰ vrget: virtus defic̄
loquentis verba anhelitꝰ interci
dit. ꝛ ſi languor deſinit ſenſibus
ipa ſalus egritudo eſt. Ut enim
recitat Sene. epiſtola centeſima
decima: verba Uirgilij referens.
Optima queq; dies miſeris mor
talibus eui. Prima fugit: ſubeūt
morbi: triſtiſq; ſenectꝰ. Et labor:
ꝛ dire rapit inclementia mortis.
Et ſequitur. Meliora pteruolāt:
K deteriora ſuccedūt. Ubi ponit exē
plum bonū: ꝙ quemadmodum
ex amphora: qđ primo effluit: ſin
ceriſſimū eſt: grauiſſimū et turbi
dū qđ ſubdit. Sic ī etate nr̄a: qđ
optimum eſt: in principio eſt: id-
q; exhaurire in alijs patimur: vt
nobis fecem reſeruemus. Unde
ꝛ ſenectus inſanabilis morbus ē
Ideo qui ſenectuti cognomē im
L poſuit triſtem illā vocauit. ſ. Uir
gilius. ꝛ alibi. Palentes habitāt

morbi: triſtiſq; ſenectꝰ. Iō Boe.
de conſol. c. i. Uenit eni propera
ta malis inopina ſenectꝰ. Et do-
lor etatem iuſſit ieiſe ſuá. Sciāt
autē ſenes: ſe non habere annos
qui tranſierunt: ꝛ ſe dicunt hēre
prout dixit Lelius cuidā dicenti:
Sexaginta annos habeo. Uos in
quit dicitis hēre quod non habetiſ M
Et hoc ideo: qꝛ fluit tēpus: ꝛ aui-
diſſimos ſui deſerit. Nec qđ fu-
ratum eſt: meū eſt: nec quod fuit
ait Sen̄: de naturalibus. q. li. v.
in fi. Ex quo ergo non reſtat ſeni
ſpes đ vita: ꝛ impoſſibilis eſt diu
turna dilatio mortis: nō reſtat ni
ſi ꝙ homo ſtudeat bene mori in
ſenecta vberi: ꝛ plenus dierum
cū ſanctis patribus. Et vt ſic mo
riat debet bene viuere in iuuen-
tute ꝛ merita congregare plima.
Ecc. xv. Que in iuuētute tua nō
congregaſti: quomodo inueni- N
es in ſenectute. Sic eni dies ī iu
uentute tua ſic ꝛ ſenectꝰ tua. Deu.
xxvj. Et dȝ mori reliqns exēplū
bonum iuuenibꝰ poſt ſe: ſicut fe-
cit ille bonus ſenex: q ait. ij. Ma
chee. v. Adoleſcētibus exemplū
forte đrelinquā. ꝛc. Quā glorioſi
vo ſint boni ſenes ait Eccle. xv.
Quā ſpecioſa veterano ſapientia
Sequit. Corona ſeniū multa ſa-
pientia. De ſapientia vo ꝛ virtuti
bus ſenum: ꝛ eorū operibꝰ ac lō
geuitate Tul'. lib. viij. Ubi narrat
ó quod ī qui cū centeſimū annū
ageret: interrogatus quapropter

diu viuere vellet: ait. Quia nihil
O habeo qd ſenectutẽ meã accuſet.
Non eni gliandũ eſt ſeni de ſene
ctute etatis: niſi eſſet ſenect⁹ ſapie
τ virtutũ. ait. Sene. epl'a. 50. Nõ
vt diu viuam⁹ curandũ eſt: ſʒ vt
ſatis. Eſt longa vita: ſi plena eſt.
Implet aũt: cum annis ſibi ſuũʒ
bonum reddit: τ ad ſe poteſtateʒ
ſui trãſtulit. Quid illuʒ ſexaginta
anni iuuant per inheritiã exacti
P Non vixit iſte: ſed in vita mortu
us eſt. Et ſequit. Quemadmodũ
in minore corpis habitu põt ho
mo eſſe perfectus: ſic in minore
tempore poteſt eſſe vita perfecta.
Queris: Quid ſit ampliſſimum
vite ſpacium? vſqʒ ad ſapientiaʒ
venire. Et ibi de alijs ſenibus vir
Q tuoſis. Econtra ſecundus grad⁹
abuſionis eſt: ſenex ſine religiõe
prout dr in tractatu. de duodeciʒ
abuſiuis: vbi dr. Quid ſtolidius
eſſe poteſt: ſi mens ad perfectio
nẽ feſtinare nõ contendat: qñ to
tius corpis ſenectute confect⁹ ad
interitũ properat? Caligat oculus
R auris grauiter audit: τ ſic de alijs
membris: que omnia: ruituram
domum corpis cito pronuntiant
Et ponit exemplum. Sicut in li
gnis reproba arbor apparet que
poſt flores fructus non exhibet:
S ſic reprobus eſt: quem flos iuuẽ
tutis deſerit: Et tñ bonorũ operũ
maturos fructus non impendit.
Sequit ibi. Cauẽde ſunt due par
ticule: que i carne nõ veteraſcũt
τ hoiem ad peccatũ trahũt. ſ. cor
τ lingua: qr noxias cogitationes
quas cor machinari ſenſerit: lin
gua pandit. Caueat igitur. ſimilif T
etas: ne iſte particule iuueneſcen
tes totam armoniã deſtruant. Et
ſubdit regula generalis. Unicui
qʒ etati conſiderandũ eſt: qd eta
ti eminenti. dignũ ſcit. Hoc agat
quo nec vitã: nec etatem: nec mi
niſteriuʒ vileſcat. Predicator er
go cum predictis ꝯferat de eis q̃
competũt cuilibet dñie etatis: no
ciua τ inhoneſta diſſuadendo τ
ſuadendo contraria.

¶ Tertia diſtinctio. De informa
tione nobilium ſanguine.

¶ Capl'm. primũ. Qd non glo
rientur de ſua nobilitate.

d Ebet ſimiliter predi
cator admonere ho
mines τ cũ eis confer
re de his que ſpectant
ad differentias cõdi
tionis. Sunt eni aliqui nobilis τ
ingenue conditionis τ ſunt alij i
ferioris ꝯditionis τ ſeruilis. No
biles igit admonendi ſunt: ne ſe
efferãt: aut inaniter gliẽt de ſua
nobilitate: nec vilipendant alios
aut contempnant. Oẽs enim eq̃
ſũt nobiles reſpiciẽdo. ſ. originẽ.
Et iſta noia. ſ. ſeru⁹: libertin⁹ aut
ex ambitiõe ſunt: aut ex iiuria: ait
Señ. epl'a. lviij. Job. xxxi. Nun
quid non in vtero fecit me qui τ
illũ? Ubi Greg. mor. xxi. vt. ſ. hs

bitum eſt. Omēs hoīes natura eq̄
les ſunt: ſed acceſſit diſpenſatorio
ordine: vt q̄daʒ prelati alijs vide
X antur.ꝛc. Rōne ergo indifferen
tie originis non oportet multum
gloriari. Ecc. Quid ſuperbis ter
ra ꝛ cinis. Item nō oportet mul
tum gloriari ratione ſuperioritatꝭ
illius partis cuius eſt iſta nobili/
tas. eſt enim ex parte carnis ꝛ ſā
guinis que ē infima pars homi/
nis. Oſee.ix. Glia eorū ab vtero
ꝛ partu. ¶ Item nec ratione alie
Y nitatis illius nobilitatis ab eo cu
ius dr̄ eſſe ait. Boe.iij. de conſo.
c.vj. Quam ſit inane inquit: ꝛ q̄
inutile nobilitatis nomen; q̄s nō
videat? Que ſi ad claritatē refer
tur: aliena eſt. videl' nāq̄ eſſe no
Z bilitas quedaʒ de meritis proue/
niens laus parentum. Qd̄ ſi ad
claritudinē predicando facit: illi
ſunt clari neceſſe eſt: qui predicā
tur. Quare ſplendidū te: ſi tuam
non habeas: aliena claritudo nō
efficit. Iteʒ Apule' de deo So/
cratis. In hoībus conſiderādis:
noli illa.i. aliena eſtimare. Seq̄.
aliena voco que parētes peperie
runt. Et poſt. Generoſus es: pa/
rentes laudas. Ideo Hiero. epi/
A ſtola.cxxiij. Non eſt iquit gloria
de nobilitate carnis: Quia nec
vicia nec virtutes parentum im/
ponenda ſunt filijs: Niſi ſupple
fuerint imitatores parentum. Et
Criſo.omel.v.dicit. q̄ nobilitas
vel bonitas cognatorum nō va/
let niſi fuerimus noſipſi boni. Et
Idem omel.ix. dicit. q̄ bonitas
parentum non prodeſt: ponens
exemplum de Eſau. Idem ſu/ B
per Io.omel.lxxxix. Non valet
habere patrem Iob ſine opib'.
¶ Item non eſt gloriandum de
ea ratiōe modice vel nullius vti
litatis. Ait Criſoſtomus ſuper
Math.Omel.ix. dicens q̄ nō
prodeſt malis bonitas parentuʒ:
ꝛ nihil obeſt bonis eorum ma/
litia. Et idem ſuper Ioh. Omel. C
xxxij. Cognatio carnalis nō va
let ſine ſpirituali. Iteʒ non eſt glo
rianduʒ de ea ratione poſſibilis
degenerationis ab illa. Nobiles
enim dicti iſta nobilitate ſepe de
generant ait Valeri. libro.iij.c.v.
ponēs exemplū de multis qui a
ſplendore parentuʒ degenerauē
runt: dantes ſe ignauie: ſordibus
ꝛ nequitie. vnde ait de tali: q̄ eſt
monſtro ſimilis. Ideo vocat ta
les nobilia portenta imbuta ſor/ D
dibus. Similiter vocat ea defor
mes vmbras gurgite turpitudīs
Hinc ꝛ quidaʒ ſapiens ait. q̄ nō
viuentes ſm̄ nobilitatem pentū
ſed ſub vmbra eoꝝ ſunt ſimiles
locis ſordidis: ſole illuminatis.
¶ Item non eſt gloriandum de
dicta nobilitate ratiōe iudicij du E
rioris: niſi filius imitator ſit pr̄is
vt eniʒ ait Criſoſto. vbi. ſ. omel.
xxix. v̄tus parentum nihil valet
ſed ex hoc magis iudicium ſumi
mus. Et vt ait Iuuenalis loquēs

ꝺ tali nobilitate. Omne animi vi
F ciũ tanto conſpectius in ſe Cri
men habet. quanto maior q pec
cat hꝫ. Et alibi. Incipit ipſorum
ↄtra te ſtare parentũ. Claramq̃
faſſem preferre pudendis. Pre
dicta ergo nobilitas vana eſt: in/
fructuoſa: nociua. niſi illam co/
mitetur vera nobilitas quaꝫ ſa/
cit virtus ait ibi Iuuenalis di. ꝙ
G virtus nobilem facit. Nobilitas
enim vera eſt: animuꝫ q̃ morib⁹
ornat. Hec eſt appetenda: acquirẽ
reda: retinenda. Ille enim gene
roſus eſt: q ad virtutẽ bene a na
tura eſt compoſit⁹: ait Señ. epi/
ſtola. xlv.

¶ Capitulũ ſecũdũ. De vera no
bilitate.

Tem eſt nobilis qui ẜm
i phie documenta viuit.
Nobilẽ enim facit phia
ait Señ. epl'a. xlviij. di. ꝙ Pla/
tonem phia fecit nobilẽ nõ inue
nit: verã aũt nobilitatem eẽ facit
generatio ſpũalis q̃ eſt ẜm deuꝫ
ait Criſoſto. ſuper Math. omel.
xliiij. vera nobilitas ſola eſt volũ
tateꝫ dei facere. Et hic eſt mõus
nobilitatis. Nec in filijs magna
ſapiam⁹: niſi eoꝝ ꝟtuteꝫ hẽam⁹
Neq3 in patribus nobilib⁹: niſi
ſim⁹ illis ſiles. Et de hoc Hiero
H nymus de coniugio. Sola inqt
apd deũ libertas eſt non ſeruire
peccatis. Sũma apd deũ nobili
tas ẽ clarere virtutib⁹. Itẽ Ber.
ad Eugeniũ. Gen⁹ apoſtolorum
eſt non aliũde nobile q̃ moꝝ in
genuitate ꝛ fidei fortitudie. Sũt
igitur monendi nobiles: ne glo/
rient inaniter de carnali nobilita
te: ſed eo ipſo diligenti⁹ caueant a
peccatis. Ait Tul'. primo de offi.
c. vij. In honoris: ꝛ potentie ac
glorie cupiditatib⁹ magis cauen
dum eſt: ne qd peccet. Ecõuer/
ſo tamen eſt de m'tis: ait Greg.
primo dial'. c. xvi. di. Nonnullis I
nobilitas gñris parit ignobilitatẽ
mẽtis. Et iſti faciũt quaſi clipeũ
ad peccandũ ꝛ deffendendũ ſe i
peccatis de ſua nobilitate. Con/
tra quos .I. Pe. ij. Quaſi liberi ꝛ
nõ quaſi velamen habentes ma
litie libertatem.

¶ Capitulũ tertiũ. De iſtructio/
ne ignobiliũ.

Contrario monẽdi ſunt K
c ignobiles: vt ſtudeãt no
biles eſſe virtutib⁹: licet
ñ ſint nobiles nobilitate ſangui/
nis: q: humili loco nati mlti cla/ L
ri fuerũt ait Ua. li. iij. c. viij. ponẽſ
exemplũ de talib⁹. Sicut de Tu
lio hoſtilio: quẽ in cunabulis ac/
cepit agreſte tuguriũ: eiuſq3 ado
leſcentia in pecore paſcendo fuit
occupata. validior etas Roma/
nũ imperium rexit ꝛ duplicauit.
Senect⁹ in altiſſimo maioritatis
faſtigio fulſit. Et ibi de talibus.
¶ Similiter narrat qualiter hu
milr nati fulſerũt nobilitate phie
Socrates inquit nõ ſolũ homi/
num conſenſu verumetiaꝫ Apo
linis oraculo

M linis oraculo ſapientiſſim⁹ iudica
tus phanarethe mře obſtitrice:
⁊ Sophoniſco patre marmora-
rio genit⁹: ad clariſſimū glorie lu
men acceſſit: ⁊ ſi virtus per ſeip
ſam eſtimať magiſter optim⁹ vi
te. Et ibi. Quam matrem Eurupi
des: Aut quem patrem Demo-
ſtenes habuerit. Ipſorū quoqȝ
nomen ſeculo ignotū fuit. Alte-
rius eius matrem cultellos ven-
didiſſe: omniū pene doctorū lit-
tere loquunť. Sed qd aut illius
tragica: aut huius oratoria vi cla
rius: Nat⁹ ergo de humili gene-
re: clarus tamen phia ⁊ virtutib⁹
magis cōmendabilis eſt: nobili
⁊ alto genere nato: talibus caren
N te. vnde Juuenalis vbi.ſ. Ma
lo tibi pr ſit Therſites dūmō tu
ſis Eacyde ſiliſ vulcanaqȝ arma
capeſſas q̄ te Therſite ſilez pro
ducat Achiles. Quaſi di. Me-
lior eſt probus natus ex patre hu
mili ⁊ vili: q̄ nat⁹ ex nobili: ⁊ ta-
men improbus ⁊ vitioſus.

¶ Capl'z.iiij. Qđ nō ē gliandū de pemīnētia donorū naturaliū.

E ſicut gloriandū nō eſt
O e de nobilitate parentū ſi
ne nobilitate virtutū: ita
ſunt admonendi hoies: ne glien
tur inaniter de excellētia donorū
naturaliū: niſi regant regulis vir
tutum gratuitarū. Imo q̄to acce
pit quis plura dona naturalia: ſi
ue a parte anime: q̄lia ſunt inge-
niū ⁊ memoria: ſiue a parte cor-
poris: q̄lia ſunt ſanitas: pulchritu
do: agilitas ⁊ hmōi: tanto hūilior P
eſſe debet. Math.xxv. vni dedit
quinqȝ talenta. vbi Greg. ſuper
euange. omel.ix. Tanto quis dȝ
eſſe humilior ex munere: q̄to ſe
obligatiorē conſpicit in redden-
da rōne. Et.i.cor.iiij. Quid ha- T
bes qđ non accepiſti?. Et ſi acce
piſti: qd gloriaris quaſi non acce
peris. Jō Hiere.ix. Non glorieť
ſapiens in ſapientia ſua: nec for-
tis in fortitudine ſua. Cū enim ta
lia coia ſint bonis ⁊ malis: nul-
lus debet eis extolli. Sunt enim
bona quedā hereditaria.i. here-
dū dei: ⁊ q̄dam filiorū ꝯcubinarū Q
ait Aug. de patientia. Et Greg.
mor. Quedaȝ ſunt dona ſine q-
bus ad vitam nō pertingiť. Alia
ſine quib⁹ perueniť. Et eodeȝ.xi.
Quedam ſunt dona q̄ muniūt:
q̄dam que ornāt. De talibus igiť
nemo extollať: ne per ea peccata
cumulenť. Sūt eniȝ multi abutē
tes donis dei. Sicut q per indu
ſtriaȝ naturalē ⁊ prudentiā alios R
impugnant ⁊ ſeducūt: ac mala ſi
bi multiplicant. Sapientes enim
ſunt vt faciant mala: bene autem
facere neſciunt. Iſai.v. Et Luc.
xvi. Filij huius ſeculi prudentio-
res filijs lucis in generatione ſua
ſunt. ¶ Similiter ſunt abutētes
ſua pulchritudine: ⁊ alios alliciē
tes ad malum. Sicut homines
pulchri ⁊ impudici: vel mulieres
quaruȝ pulchritudo alios alicit ⁊

ſtoꝛicat: cū deberent ex hoc am-
S pliꝰ deū amare ⁊ laudare: pro-
uer. xi. Circulus aure⁹ in narib⁹
ſuiſ mulier pulchꝛa ⁊ fatua. Sus
enim licet haberet circulū in na-
ribus aureū illi non pceret: quin
ſupponeret ſtercorib⁹: ⁊ foderet
T immūdiciā obuiātē. Ita mulier
pulchꝛa ⁊ fatua pulchꝛitudinem
oñtat omni ſcoꝛtatoꝛi: ⁊ ꝯmiſcet
oi feditati: cū eam deberet poti⁹
occultare: ne aſpicientes illaquea
ret. exemplo illi⁹ adoleſcentis de
quo Vale. li. iiij. c. x. dicit: ꝙ ado-
leſcēs in ethruria regiōe excellē-
tis pulchꝛitudis: cū mira ſpē ꝗ̄
pluriuꝫ feminaꝝ illuſtriū oculos
ſollicitaret: ac per hoc viris ac pa
V rentib⁹ eaꝝ ſe ſuſpectū eſſe cerne
ret: oris decorē: vulnerib⁹ ꝯfudit
deffoꝛmitatēqꝫ ſanctitatis ſue fi
dem: ꝗ̄ foꝛmā irritamētum alie
ne libidinis maluit. Et de eodeꝫ
Ambꝛo. iij. de virginitate ait. Ju
uenē veteres fabule ferunt: cum
ꝓpter admirabilē oris pulchꝛitu
dinē in amoꝛē incenderet femi-
nas: ſtigmatib⁹ exaraſſe vultum
ſuum: ne qua euꝫ amare poſſet.
Moneat igit̄ predicatoꝛ diuin⁹
hoies nō gliari de predictis: nec
ſe arroganter efferre: qꝛ nō ex ta
lib⁹ ſunt hoies eſtimandi ait Se
X ne. epl'a. lxxix. vt eniꝫ ait: oia bo-
na ſua ꝯſtant ex ꝓpꝛio. vbi donit
exempla. vitē fertilitas cōmen
dat: ſapoꝛ vinū: velocitas ſeruuꝫ:
ferre ſarcinaꝫ equū. ⁊ ſic de aliis.

Id cuiqꝫ rei optimuꝫ eſſe dꝫ cui
naſcit̄ qđ cenſet̄. In homine qui
deꝫ optimū eſt rō. hac animalia
antecedit. deos ſequit̄. Ratio er y
go ꝑfecta: ꝓpꝛiū bonū hominis
eſt. Cetera ſibi cū aialib⁹ comu-
nia. valet ſcilicet hō. ⁊ leones ſi-
militer valent: foꝛmoſus eſt: ⁊ pa
uones: velox: ⁊ equi. ⁊ ſic de aliis
Quid ergo i hoie ꝓpꝛiū? ⁊ rñdꝫ
Ratio. hec recta ⁊ ꝯſumata feli-
citateꝫ hominis implet. Sed nō
ē ratio perfecta ſine diuina gratia
ſiue gratuita ꝟtute. vñ ait Sen.
ibidē. Hec ratio perfecta virtus
vocat̄: eadēqꝫ honeſtū ē. Id ita-
qꝫ vnū bonuꝫ eſt in homine qđ Z
vnū hominis eſt. Et poſt. Bon⁹
aūt eſt homo: ſi ratio explicata ⁊
recta eſt. ad nature ſue vtilitatem
ꝯmendata. Hec dicit̄ virt⁹: hec
eſt honeſtū ⁊ vnicū hominis bo
num. Qui igit̄ gloꝛiat̄: in dño glo
riet̄. i. coꝛ. xi. Et gloꝛia nr̄a hec ē:
teſtimoniū cōſcientie noſtre. vñ A
⁊ ſapientes virgines habuerunt
oleum in vaſis ſuis: ſed fatue ca
ruerunt Math. xxv.

¶ Quarta diſtinctio. de infoꝛma
tione hominū quo ad differen-
tias ſuſtētatiōis. ſiue poſſeſſiōis.

¶ Cap. i. De admōitiōe diuitū.

d Ebet ſimiliter predi-
catoꝛ dei alloq homi-
nes ⁊ vtiliter admo-
nere ſm differentias
ſue ſuſtentationis vel
poſſeſſionis: admonēdo diuites

eo mõ quo debēt admoneri: ⁊ ſi
militer pauperes. Et qꝛ de horuꝫ
admonitione Gre. ij. paſtoralis
ſatis inſtruit. idõ dicendũ breuiter
B de his ad occaſionem dandam.
Sũt enim diuites admonēdi q̃
ad diuitiaꝝ ꝯgregatiõeꝫ: ne iniu
ſte cõgregent. ſ. per rapinas: vſu
ras. vł doloſas mercaturas: ſiue
per alios modos quibus iniuſte
ꝯgregant: ꝓpter qđ dicunt̃ ma-
mone iniquitatis. Math. vi. vñ
Hierony. epl̃a. xcvij. Ois diues
aut iniquus: aut heres iniqui eſt.
C Iſti etiã ſunt admonēdi: ne diui
tie ab eis inordinate appetant̃ vł
ament̃. Qui eñ volũt diuites fie
ri incidũt in varias temptatiões
⁊ in laqõs diaboli. i. thi. vi. Et q
amat diuitias: fructum nõ capit
ex eis. Ecc. v. Sũt ēt admonēdi
D ne impie ab eis retineant̃: paupe
ribus eſurientib⁹ ⁊ ſitientib⁹ non
ꝓuidendo. Ecc. v. Noli anxius
eſſe in diuitijs iniuſtis. Et. i. Io.
iij. Qui habuerit ſubſtantiã hui⁹
mundi: ⁊ viderit ffeꝫ ſuũ neceſſi
tatem habere: ⁊ clauſerit viſcera
ſua ab eo: quõ charitas dei ma-
net in illo? ¶ Iteꝫ ſunt admonē
di: ne ꝯfidãt in diuitijs: eo ꝙ ca
duce ſunt ⁊ deffectibiles: nõ va
E lentes ꝓtegere: aut deffendere in
die vltionis: niſi bene erogentur
ꝓuer. xi. Qui confidit in diuitijs
corruet. Et ibidē. Nõ ꝓderũt di
uitie in die vltionis. ¶ Iteꝫ ſunt
admonendi: ne ſuperbiant de di
uitijs nec paupes ꝯtēnãt. i. Thi.
vi. Diuitib⁹ hui⁹ ſeculi ꝑcipe non
ſupbe ſapere: nec ſperare in in-
certo diuitiaꝝ. Non enim ꝓpter
diuitias ſunt apõ deũ electi. Iac.
ij. Nolite in perſonaꝝ acceptiõe
habere fidē. Sequit̃. Si itroierit
in conſpectu veſtro vir: anulum
aureũ habens ⁊c. ¶ Itē ſunt ad F
monēdi: vt ſciant ſe nõ poſſe ex
hoc mundo diuitias ferre. Iob
xxvij. Diues cũ dormierit: nihil
ſecũ afferet. vbi Greg. mor. xviij.
Diu cũ reb⁹ noſtris durare non
poſſum⁹: qꝛ aut nos eas moriẽ
do deſerim⁹: aut ille nos viuẽtes
quaſi d̃ſerũt pereũdo. Idõ reſtat
vt diuites admoneant̃ de ꝯmu-
tãdo terrenaſ diuitiaſ ꝓ celeſtib⁹
Ait ibidē Gre. Terrena ſeruãdo
amittim⁹: largiēdo ſeruam⁹: pa G
trimoniũ noſtrũ retentuꝫ perdi-
mus: manet erogatuꝫ. Seqtur.
Agendũ nobis eſt: vt res abſolu
te perituras: in non pereuntē co
gam⁹ tranſire mercedem. Ideo
Luce. xvi. Facite vobis amicos
de mamona iniquitatis. Et. i. thi.
v. Diuitibus huius ſeculi ꝑcipe.
⁊c. Sequit̃. Bene agite: diuites
fieri: in bonis operib⁹: facile tri
buere: theſaurizare bonũ funda
mentũ. ⁊c. Pauperes enim ſunt
latorarij noſtri in celũ. i. efferētes
elemoſynas que dant̃ eis quo ad H
fructũ: ait Aug. li. i. ſermonũ ſer
mone. iij. Elemoſyna enim viri
quaſi ſaculus cũ ipſo. Ecc. xxix.



BIBLIOTECA UNIVERSITA

Jõ voluit de⁹ vt aliqui eſſent pau
I peres quibus daret elemoſyna:
vt regnũ celoꝝ eſſet venale: ait
ibidẽ ſermone.xxxvi. ¶ Itẽ ſunt
admonendi diuites: vt precaueãt
ꝛ precogitent ſuturas penas que
irrogant diuitib⁹ .i. amatorib⁹ di
uitiaꝝ: ꝛ eis herentibus. Luc.vi.
Ve vobis diuitib⁹ qui habetis
hic conſolationẽ veſtrã. Jaco.
iij. Agite nũc diuites plorate vlu
lantes in miſerijs veſtris. Juſte
igitur debent diuitie congregari:
ordiate amari: pie erogari: ꝛ ſal
tem affectu ꝯtemni: vt dictũ eſt.
K Sunt enim bone: ſed non faciũt
bonũ: ſed quibus eſt bene vten
dũ. ait Aug. de verbis dñi ſmo
ne.xij. Quid ꝓdeſt plena archa
bonis: inani ꝯſciẽtia? Bona vis
hẽre: ꝛ bon⁹ eẽ nõ vis? Erubeſce
re debes de bõis tuis ſi dom⁹ ple
na bõis: te malũ hz dñz. ꝛc. Nõ
L eniz eſt ex his homo eſtimãdus
vel reputandus ait Sen. epiſto
la.xxix. Cũ volueris veraz ho
minis eſtimationẽ videre et ſci
re qualis ſit: nudũ inſpice. ponat
ideſt deponat patrimonium: po
nat honores ꝛ alia fortune men
dacia: corpus ipſum exuat: ꝛ ani
muz intuere q̃lis q̃ntuſq; ſit: alie
no an ſuo magnus. ꝛc. Et non ſo
lum admonendi ſunt diuites de
M predictis? ſed etiam ad ꝯſideran
dum diuitiaꝝ vilitates: q2 lutum
ſunt ꝛ terra. Abach. Ve ei qui
multiplicat non ſua. vſq; quo ag
grauat contra ſe denſum lutum?
vnde Apo. Omnia vt ſtercora
arbitratus eſt: que retro ſunt ob
liuiſcẽs. Phil.iij. ¶ Itẽ admo
nendi ſunt ad conſiderandũ mo N
leſtias: diuitijs concomitantes.
Spine.n. ſũt ſuffocantes verbuz
Luce.viij. ꝓut exponit Greg. li.
i. ſuper euãge. Omel.xvi. q2 mẽ
tem: cogitationũ ſuaꝝ punctioni
bus lacerant. ¶ Item admonẽ
di ſunt ad conſiderandũ eaꝝ fal
lacias. ꝓpter quod dicit ſaluator.
Fallacie diuitiaꝝ. Et vere fallaces
vt ait Grego. dicta Omel. q2 diu
nobiſcũ manere nõ poſſunt: ꝛ q2
mentis inopiã nõ deponũt. Sũt O
eniz diuitie vmbra imbecillis: fu
mus qui diſſoluit: flos agri. Jõ
non eſt in eis gl'iandũ: ait Criſo
ſto. ſup Jo. Et ſap.v. Quid no
bis ꝓfuit ſuperbia noſtra: ꝛ diui
tiaꝝ iactura ꝯtulit nobis? ꝛc. Se
quitur. Tranſierũt hec oĩa tanq̃
vmbra. ¶ Itẽ admonẽdi ſunt:
vt ꝯſiderent multimoda earum
impedimenta. Ligamenta enim
ſunt: muſcipula ſunt: onera ſunt P
amantibus eas. Sap.xiiij. Crea
ture dei facte ſunt in tẽptationem
aie hominum: ꝛ in muſcipulam
pedibus inſipientũ. vñ Aug. de
verbis dñi. Omel.xxxiij. Amor
temporaliũ viſcus eſt ſpũaliũ pẽ
narum. Concupiſti: heſiſti. ꝛc.
Amor enim mũdi adulterat ani
mam. amor fabricatoris caſtigat:
ait idẽ omel.liij. Et q2 difficile eſt

habere diuitias: ⁊ non amare:
Ideo piculoſe ſunt poſſeſſoribus
Q ait Saluator. Mat.xix. Si vis
pfectꝰ eſſe vade vēde omnia. ⁊c.
Sequit. Faciliꝰ eſt: camelū per
foramen acus tranſire. ⁊c. hec et
multa alia ꝯſiderantes antiq: di
uitias ꝯtempſerūt tam dñi ſiue
regentes q̄ ſtudioſi ⁊ ſapientes:
q̄ ſancti ac filiū dei ſequētes: vt
patebit infra parte.vi.vbi de pau
pertate religioſoꝝ. Ps. Diuitie ſi
affluant nolite cor apponere. De
diuite vo nō conſiderante predi
cta: nec ꝓuidente ſibi de eternis
tabernaculis dicit in tractatu de.
R xij.abuſiuis. Quartꝰ ingt abuſio
nis gradus eſt diues ſine miſeri-
cordia: qualis eſt ille qui ſupflua
non diſtribuit indigentibus: nec
theſauriȥat in celis. Ideo dicūtur
maledicti auari: Math.xxv.qr
qui preteribant eoꝝ tabernacu-
la nō dicebāt: Bñdictio dñi ſup
voſ. Tal' fuit diues epulo luc.xvi.
¶ Capl'm.ij. De admonitiōe pau
perum: ⁊ paupertatis vtilitate.

C Onſimiliter ſunt paupe
res admonendi de eis q̄
ad eos ſpectant. Et cū
dicatur paupertas duobus mo-
dis ſcilicet a mera neceſſitate. ⁊ a
S voluntate. Pauper enim eſt qui
vult eſſe diues ſcilicet qui pauper
eſt rebus nō volūtate: ait Augu.
li.i.ſermonū ſermone.xi. Qualr
autem inſtruēdus ſit pauper vo-
luntate dicetur.i.parte.vi.vbi de
volūtaria paupertate religioſoꝝ.
¶ Pauper aūt neceſſitate eſt in
ſtruendus de longanimi ſufferē
tia pauptatis: vt eā ſuſtineat q̄ſi
medicamentū ⁊ purgatoriū ſua
rum imperfectionū ait Gre.ſup T
euange.omel.vltima loquēs de
diuite Epulone ⁊ Laȥaro paupe
di.q quos moꝝ infirmitas vul
nerat: medicina paupertatis cu-
rat. Iſai.xlviij. Elegi te in cami-
no paupertatis. Sup quo Criſo.
ſuper Mat.omel.iiij.ait. Pau
pertas eſt caminꝰ qui eſt horribi V
lior igne. Sicut enim eger non dȝ
grauari de medicamēto: nec pur
gandus de purgamento ſiue pur
gatorio: ſic pauper monēdus eſt
ne de paupertate grauet: ſed ſuſti
neat ſicut medicamētū: exemplo
Thobie.iiij.c.dicentis. Paupe-
rem qdem vitam gerimus: ſed
multa bona habebimꝰ ſi timueri
mus deū. ¶ Item admonēdus
eſt pauper non ſolum de ſufferē-
tia paupertatis: ſed de placentia
⁊ acceptatione. vt enim ait Sen.
epiſtola.ij. hōeſta res eſt leta pau X
pertas. Qui enim cū paupertate
bene conuenit: diues eſt. Non q
paꝝ habet ſed q plus cupit. pau-
per eſt. Ideo Gre. ſup Ezech.li.
ij.omel.vi. Ille pauper eſt q eget
eo qd nō habet. Nam ⁊ qui non
habet: habere tamen nō appetit
diues eſt. Et Sen. dicta epiſtola.
Non pauperē puta cui quātulū-
cūq; ſupereſt. Tali enim ſatis ē

Est enim quasi diues cũ nõ ha/
beat.puer.xiij.¶ Jtez est admo
nendus pauper de cauẽda vera
pauptate q̃ est in appetitu diuitia
rũ.Ait Grego.vbi.s̃.paupertas
quippe in mentis inopia est:non
in qualitate possessionis. Nã qui
cũ paupertate conuenit: pauper
nõ est.Et maxime admonẽdus
est: vt caueat a vera paupertate
que est in peccato.Jbi eiz est ve/
ra paupertas scilicet veraꝝ diui/
tiarum.Apoc.iij.Dicis qꝛ diues
sum.Sequitur.Et nescis qꝛ mi/
ser es ⁊ miserabilis pauper cecus
⁊ nudus scilicet priuatione vera/
rũ diuitiarũ.De q̄bus Jsai.xxx/
iij.Diuitie salutis sapientie ⁊ scien
tie:timoꝛ dñi.Jpse est Thesaurꝰ
eius.vt enim ait Hiero.epistola
xcv.Pauperẽ non facit cõmen
dabiliorem paupertas si inter soꝛ
des ⁊ inopiam peccata non caue
at.Job.xxxi.Et absq̃ opimento
pauperẽ.Jbi Grego.mora.xxi.
Minꝰ inops est qui vestem nõ
habet q̃ꝫ qui humilitatem.Jdeo
odibilis est deo pauper superbꝰ:
Ecc.xxxv.¶ Jtẽ admonẽdus ẽ
de acquirendis diuitijs spirituali
bus vt sit in deo diues:⁊ impleat
domum coꝛdis thesauro celesti.
Unde Aug.super ps.51.Domꝰ
est inanis: ⁊ coꝛ plenũ vitijs.Se
quitur. Pauperes scilicet boni
querũt vnde coꝛ impleant:diui/
tes vnde archam. Et idez super
Jo.omel.xxv.Felix ille habet au
rũ in archa:iste dñm in cõsciẽtia
Compara vtrũq̄. Jlle habꝫ qđ
perire potest. ⁊ vñ perit.Jste hꝫ
deum qui perire non potest.⁊ ibi
habet quo frustrari nõ põt.Pla
num est ergo:q̄ talis ⁊ est opulẽ/
tioꝛ:⁊ eius opulentia diuturnioꝛ.
Deus enĩz est opulentia mentiũ:
ait Aug.v.de ci.c.xviij.⁊ felices B
facit:ait ibidem.¶ Jtem admo
nendus est: vt ꝯsideret pericula
diuitiũ in alleuiatione sue pauper
tatis:⁊ modica emolumenta que
habet diues in diuitijs ⁊ inume/
ra tormẽta. Ubi enĩz multe opes
multi sunt q̄ comedũt eas.Quid
ꝓdest possessoꝛi:nisi q̄ cernit di
uitias oculis suis. Sequit.Diui/
tie ꝯseruate in malũ domini sui:
pereunt in afflictione pessima.
¶ Jtez admonendus est ad cõ C
siderãda comoda paupertatis:
que sunt. Securitas ab hostibus
exterioꝛibꝰ ⁊ conscientie:a pericu
lis īterioꝛibꝰ.Jocũditas:Socia
bilitas.⁊ sic de alijs. Unde nar/
rat Aug.v.confessio.q̄ transiens
per vicũ vidit pauperẽ mẽdicuz
iocantem ⁊ letantem:⁊ ingemuit
loquens ad socios.Omnibꝰ co/
natibꝰ quibus laboꝛamus nihil
volumꝰ: nisi ad securam letitiaz
peruenire: quo nos mendicꝰ ille
precedit.Sequit.Jlle letabatur:
ego anxius eram. Securus ille: D
ego trepidus.⁊c.Jõ poeta.O tu
re tuta facultas. Paupis:angu/
stiq̃ʒ laris.O munera nundũ in

tellecta deū. Et alius. In precio
preciū nō ē: dat cēſus honores.
Cēſus ꝛ amicos: paup ubiqꝫ ia
cet. Et Iuuenalis. Cātabit vacu⁹
coram latrone viator. Ideo ſecū
dus phūs loquēs d paupertate ait
F Paupertas eſt odibile bonū: ſa
lutis mater: curaꝝ remiſſio: ſapiē
tie reparatrix: negociū ſine dāno
intractabilis ſubſtantia: poſſeſſio
ſine calūnia. incerta fortuna: ſi
ne ſollicitudīe felicitas. Iſta pau
pertatis comoda ꝛ alia mlta an
tiqui cōſiderātes: in paupertate vi
xerūt. vt patet in pte. vi. ¶ Itez
admonēdus eſt: vt ꝯſideret filij
dei paupertatem: qui cuz eēt diues
oīuz: egen⁹ ꝓ nobis factus eſt. ij.
G cor. viij. Cōſideret ēt ab eo pau
pertatis ꝯmēdabilitatē: ꝛ promiſ
ſionuz pauperum mltitudinem.
Mat. v. Beati paupes ſpū. ꝛc.
Et Iſai. xx. Pauperꝝ ſuoꝝ miſe
rebit. Ps. Aias pauperꝝ ſaluas fa
ciā. Et licet ſint pauperes neceſſi
tate: ſuſtineant tn̄ patienter ꝛ vo
luntarie ꝛ caueāt a peccatis. Im
pleant archā cordis diuitijs ſpiri
tualib⁹: vt beatificent ſcū Laça
ro in regno beatitudinis. vn̄ de
bono paupe narrat Greg. ſuper
euan. li. j. c. xvi. ꝙ fuit qdā Ser
uulus noīe: reb⁹ pauper: meritis
diues paralytic⁹ a pmeua etate.
Cui ad ſeruiendū mater cū fra
H tre aderāt. Quicqd aūt ex elemo
ſyna poterat accipe: totum eorū
manib⁹ pauperibus erogabat.

Sequit. Studebat in dolore deo
gratias agere: hymnis dei ꝛ lau
dib⁹ ſp vacare. Qui in extremis
poſit⁹ pegrinos ꝛ hoſpites vt ſur
gerent ꝛ ſpos canerēt hortat⁹ eſt.
Et cū moriēs cū eis pſalleret: vo
ces eoꝝ ꝯpeſcuit. di. Tacete. Nū I
quid nō auditis qꝫte laudes re
ſonant in celo? Et ſic mortu⁹ eſt:
ꝛ magna fragrantia oēs replete
ſunt vſqꝫ poſt ei⁹ ſepulturā. Ecce
ait ibi beatus Greg. qliter e vita
exijt qui equanimiter flagella tol
lerauit. ¶ Cōſimilr legit in vitis
patrū li. i. aū fi. de quodaz ſene q
voluit videre aiam iuſti ꝛ aiam
peccatoris a corpore exuntes. Et
cū veniret ad ciuitatez vbi ſolita
rius qui credebat ſanctus morie
bat accedēs. ad eum vidit tartari
cū ſupra eū deſcendentē: triden
tez gladiū habentē quē poſuit in
corpore: ꝛ aiaz abſtraxit. Qui cū
ꝓceſſiſſet vidit peregrinū in vi
co morientem nō habentē curam
Ad quem accedens vidit deſcen
dentes Michaelē ꝛ Gabrielem
rogātes aiam vt exiret. Qua nō
exeunte ait Gabriel Michaeli.
Sume eā. qui ait. Iuſſi ſum⁹: vt
ſine dolore educam⁹ eaz: ꝛ abſqꝫ
vi. Et ecce vt. ē. videbatur venit
Dauid cū cythara: ꝛ pſallentes
de hieruſalē. Et vt audiuit pſallē
tes eggreſſa eſt aīa: ꝛ a Michae
le recepta: in celū portatur. Qui
ergo paupes ſunt neccīe patiēter
ſuſtineāt ꝓpter deū: exemplo di

ctoꝝ pauperꝫ vt beatificent in ce
lis. Et de talibus debet ꝑdicator
cum pauperibus conferre.

¶ Quīta distinctio. ď admōitiōe
hoīuʒ ſʒ differētias q̄litatʒ vite.

¶ Capl'ʒ. i. De admonitione exi
ſtentium in peccato.

Ebet ſimilr̄ predica/
tor admonere hoīes
K D diuerſimode ſm̄ va/
riam vite coruʒ qua/
litateʒ: vt ſi ſint in pec
cato: efficaciter ſuadeat: vt pec/
cata dimittāt: ne ſathane ſeruiāt:
⁊ ne ꝑ viā ꝑditiōis ſe in infernuʒ
precipitent. Ecc. xxi. Quaſi a fa/
cie colubri fuge peccatū. Sequit
Dentes leonis: dentes illi' interfi
ciētes aīas hoīuʒ. Quaſi rūphea
bis acuta iniqtas. Sicut eniʒ fu/
geret hō culubrū intoxicātem: ⁊
leonē deuorantē: ⁊ rūpheas tru
cidātes: ſic debet fugere peccata.
L vñ ⁊ beſtias vocat Aug. trāſgreſ
ſores mādatoꝝ dei li. de. x. cordis
De peccatis aūt ⁊ trāſgreſſioni/
bus q̄ ſunt in peccatis: ⁊ miſerijs
ꝯcomitātib' ⁊ ſequentib': in bre/
uilogo de virtutib'. ¶ Quātuʒ
aūt gētiles deteſtati ſunt peccatū
ob ſolā turpitudinē: qꝛ ſcilicet ni
hil turpe faciendū eſt bono viro
ſi etiaʒ ex oī parte lateat: nihil in/
iuſte: nihil libidinoſe: nihil incō
ueniens eſt faciendū ph'ia ꝑſua/
det. vñ Tuli. iij. de offi. c. iiij. reci
tans fabulā quandā introductaʒ
a Platone: de quodā q̄ vocaba
tur Giges: quē ferūt fabule deſcē M
diſſe in magnū hiatuʒ: vbi aiad/
uertit equum eneū: in cuius late
re vidit corp' hoīs: magnitudīs
inuſitate: viditq̄ʒ anulū aureum
quē detraxit. Qui cū veniſſet in
ꝯſilio paſtoꝝ. Erat enim paſtor
regius: ⁊ ꝯuertiſſet palā anuli ad
palmaʒ: anullo videbat: ⁊ ipſe vi
debat omnia. Idē autem rurſus
videbat cū in locū anulum reuo
caſſet. hac igit anuli opportunita
te: regine ſtuprū intulit: regeʒ in/
teremit: ⁊ alios quos voluit. Et
ſic repente anuli bn̄ficio: rex ex/
ortus eſt Lidie. hūc anulum ait
Tuli. ⁊ ſi habeat ſapiēs: ſibi plus N
peccare nō licere putet: q̄ʒ ſi nō
haberet. Honeſta eniʒ viri boni
non occulta querūt. hanc eandeʒ
fabulā introducit Ambro. iij. de
offi. vbi ait. Quid neceſſe eſt fin
gere iſtū equū: ⁊c. Et qꝛ eo tēdit:
vtrum ſapiens ſi vtat hoc anulo
quo poſſit flagitia celat: velit pec
care: cū hoc pateat ex reb' geſtis
ſcilicet q̄ noluit ſic fuit de Dauid:
qui inuenit Saul in ſpelunca: ⁊
noluit occidere. i. Re. xxiij. Si igi
tur gentiles ſic deteſtati ſunt pec/
catū ratione ſue turpitudis: q̄liter O
debet fidelis illō deteſtari. Ideo
Sen̄. ep'la. liij. nūquā ſaſcū vitijſ
litigam': q̄ʒ perſequi ſine modo
ſine fine: Nam illis nec modus
nec finis. Que cū cor tuum lani
ant ēt ſi aliter ex hi nequeūt: ipſū
cor cum illis euellendum eſt. Et

epla.ciij.Deſidero ꝯ vitia aſpere
duci: ꝯ ambitionez contumelio
ſe: volo luxuriam obiurgari: libi
dinem traduci.ꝛc.Conſiderans
ergo fidelis enormitatẽ trãſgreſ/
ſionis q̃ eſt in pctõ: qꝛ peccatũ ẽ
preuaricatio legis diuine ꝛ celeſti
P um: inobedientia mandatorum
ait Ambro.li.i.de para.Siue di/
ctum vel factũ vel concupitũ cõ
tra legem eternã.ait Aug.contra
fauſtum.xxi. Itẽ fidelis conſide
rans peccatũ eſſe mortez anime:
priuationẽ vite eterne que deus
eſt.ait Aug.in ſermone. Plan/
gis mortuuz: ſed plange impiuz.
Plangis a quo diſceſſit aia: ꝛ nõ
plangis aiam a qua diſceſſit de⁹
Mors eniz ſpũalis.eſt aie a dei
cognitione auerſio.ait Augu. de
duabus aiabus . ꝛ mors eſt cum
eam deſerit deus. ait idez.xiij.de
ci.c.i.Conſiderans etiam fidelis
non ſoluz per peccatũ amiſſionez
dei: ꝛ bonorum ſpũalium: ſed ẽt
ignominioſum ſeruicium Sa/
Q thane p peccatũ. Serui enĩ eſtis
eius cui obediſtis.Ro.vi. Con/
ſiderans etiam horriduz peccati
fetorem ꝛ putredinem: qꝛ tollera
bilius canis putridus fetet homi
nib⁹ q̃ anima peccatrix deo: ait
Anſel.in meditationib⁹: has mi
ſerias peccati ꝛ multas alias con
ſiderans fidelis de quibus in bre
uiloquio de virtutibus: dz horre/
re peccata: ꝛ deteſtari: exẽplo Da
uid dicentis. Iniquitatẽ odio ha
bui. Et de vitijs in generali ꝛ eo/
rum nocumentis.ait Aug.li.de
ſacramentis. parte.iij.c.i.q̃ ſeptẽ
ſunt peccata criminalia.Seqtur R
Superbia aufert homini deum.
ſ.per appropriationem: Inuidia
proximum: Ira ſeipſuz. Accidia
ſpoliatum flagellat. Auaritia fla/
gellatum eicit. Gula eiectũ ſedu
cit.ſed Luxuria ſeductum: ſerui
tuti ſubijcit . Et ibidem. Aia rõ/
nalis: in ſanitate ſua vas eſt ſoli/
dum ꝛ integrum: quaz vicia hoc
modo viciant ꝛ corrũpunt. Per
ſuperbiam inflatur: per inuidiaz
areſcit: per iram crepat. per acci/
diam frangit: per auaritiam diſp
gitur: per gulã inficit: per luxuriã
cõculcat: ꝛ in lutũ redigit. Quid
autẽ ſit vnumquodqꝫ eorum de
ſcribit.di. Superbia eſt amor p/ S
prie excellentie: Inuidia eſt odiũ
felicitatis aliene. Ira eſt irratiõa
bilis perturbatio mẽtis: Accidia
eſt ex cõfuſione mentis nata tri/
ſtitia: ſiue odium: ꝛ amaritudo al
imoderata. Auaritia eſt imode/
ratus amor pecunie : vel imode
ratus appetitus habendi. Gula
eſt imoderatus appetitus edendi
Luxuria eſt concupiſcentia expe
riende voluptatis: vel concubit⁹
deſiderium ſupra modũ: vel con
tra rationẽ efferens. Ab his vici T
is oriunt oĩa mala : prout ait ibi/
dem. Vi enim ſunt duces aciez
ꝛ exercituũ viciorũ. Job.xxxix.
Procul odorat bellum: exhorta

tionē ducum: ⁊ vllulatum exerci
tus. Ubi dñ Greg. mor. xxxi. de
his ſeptem vitiis que ſunt duces
exercituū viciorum. Et de viciis
que naſcunt ex eis: in ſupradicto
tractatu.

¶ Capl'm ſecundū. De admoni
tione penitentium.

Predicator ergo vel diſ
ſuadeat hominib⁹ dicta
vitia: ⁊ ſuadeat: vt pu
gnent ꝯtra predictos duces exer
citus: vt eos interficiant cum de
monibus: ſicut fecit Joſue. viij.
V Sup quod dicit orige. omel. viij
ꝙ rex Hay ſignificat diabolum:
cuius populus ſunt vitia. ſ. auari
cia: detractiões ⁊ huiuſmodi. In
terficim⁹ aūt demones: non eo
rum propriam ſubſtantiā perimē
tes ſed proprium opus eorū: qđ
eſt facere homines peccare. Col.
iij. Mortificate membra vr̃a q̄
ſunt ſuper terrā: fornicationē: im
munditiā. ⁊c. Et qꝛ hoc fit per pe
nitentiā: ſuadeat homies ad illaꝫ
exemplo beati Joānis Baptiſte:
qui incepit predicationē a penitē
tia. Mat. iij. Penitentiaꝫ agite.
⁊c. Et exemplo Saluatoris: q eo
dem modo predicauit Matth.
X iiij. Pniam agite: ⁊c. Et exēplo
beati Petri act. iij. Penitemini
igit. ⁊ conuertimini: vt deleantur
peccata veſtra. Eſt eniꝫ pnia qua
dicti hoſtes interficiuntur: Ait
Augu. iiij. de ci. c. v. Penitentia
y aia reſuſcitat: ⁊ mors ipſa occidit

Sequit. Crucifixio interior ho
minis pnie dolores intelliguntur
⁊ continentie quedā ſalubris cru
ciatio: per quā mors ipietatis pe
rimit. Eſt aūt penitentia optima
res que defectus reuocat ad pro
fectuꝫ ait Aug. in Hyponoſticon
Sine penitentia eſt admiſſa de
flere: et pniteda nō admittere: ait
idem đ ecc. dogma. ¶ De laude
ꝟo pnie: ⁊ q̄nte ſit efficatie ponit
exempla multa Hiero. i epl'a ad
Oceeanum de morte Fabiole lo
quens de mirabili humilitate pe
nitentie: ipſius. Que credens li Z
cere: luxurioſiſſimū viruꝫ dimit
tere: alium ſuperinduxit. Mor
tuo ꝟo ſuperinducto ſicut refert
ibi Hiero. in ſeipſam cōuerſa q̄
tempore ſolent vidue negligen
tes: iugo ſeruitutis excuſſo liberi⁹
agere: adire balnea: volitare per
plateas: vultus circūferre mere
tricios ⁊ feſtiuos: ipſam ſaccum
induere: erroreꝫ publice fateri. ⁊
tota vrbe ſpectāte Romana an
diem paſce in baſilica quadā ſtā
tem in ordine penitentiū: epo ⁊ p
ſbiteris cum omni populo illacri
manti: ſparſum crinē: ore liuido
ſqualidas manus: ſordida colla
ſubmittere. Que ingt peccata la
menta hec non abluunt? Petr⁹ A
trinam negationem: trina ꝯfeſ
ſione deleuit. Aaron ſacrilegi
um ⁊ conflationeꝫ ex auro vituli
fraterne correxere preces. Dauid
ſancti ac māſuetiſſimi viri homi

cidium pariter ⁊ adulteriū: ſeptē dierum emendauit fames. Iacebat in terra volutabat in cinere: ⁊ oblitus regie poteſtatis lumen querebat in tenebris. illumq; tū reſpiciens quem offenderat: lachrimabili voce dicebat. Tibi ſoli peccaui ⁊ malum coram te feci. Atq; ita factū eſt. vt qui ruens docuerat: virib⁹ ſuis quēlibet ſtare non poſſe ne caderet. doceret per pniam quomodo cadens reſurgeret. Quem tam impiū legimus inter reges q̄ Achab de q̊ ſcriptura dicit. Non fuit talis: vt Achab. qui venūdatus eſt vt faceret malū coram dño? Cum tū propter ſanguinē Naboht correptus fuit ab Helia. ⁊ audiſſet irā dñi: occidiſti: inſuper ⁊ poſſediſti Ecce ego inducam ſuper te malum. ⁊ demetam poſteriora tua. ⁊c. Scidit veſtimenta ſua: ⁊ operuit cilitio carnē ſuam: ieiunauitq; ⁊ dormiuit in ſacco: ⁊ ambulabat demiſſo capite. Et tūc factus eſt ſermo dñi ad Helyam. dicas Nonne vidiſti Achab humiliatum coram me? Quia ergo humiliatus eſt mei cā: nō inducā malum in dieb⁹ eius. O felix penitētia que ad ſe dei traxit oc̄los: ⁊ furentē ſentētiā dñi: confeſſo errore mutauit. Hoc idē ⁊ Manaſſes in Paralipomenon ⁊ rex Niniue feciſſe legit̄ in ꝓphis. Publicanus quoq; in euangelio. Ex quibus primus non ſolum indulgentiam: ſed etiā regnum accipere meruit. alius ſnīam dei reuocauit: tertius pectus ſuū verberās pugnis: oculos nō leuabat ad celū: ⁊ multo iuſtior receſſit ex humili confeſſiōe vitiorū: q̄ phariſeus: ſuperba actatione virtutū Dicamus ergo illam hoſtiā placabilem: ⁊ ſacrificium deo acceptum ſpūm contribulatum. hec omnia Hiero. vbi. ſ. Qualiter aūt eſt penitendum. ⁊ de partib⁹ penitentie: ⁊ vtilitatibus eius dictū eſt in breuiloquio de virtutibus: Ubi de penitentia.

## ¶ Sexta diſtinctio. De admonitione hominum ſm differentias ſtatuum.

### ¶ Capitulum primū de admonitione coniugum.

Similiter ꝑdicator debet aloqui homines: ⁊ cum eis cōferre ſꝫ differentias ſtatuum que ſunt ꝯtinentie cōiugalis: vidualis: v̾ginalis. Qualiter autē admonendi ſunt coniuges dictum eſt ſupra parte prima Et de hoc etiā Aug. de bono cōiugali per totum.

### ¶ Capłm ſecundū. De admonitione viduarum.

Ualiter v̾o admonende ſūt vidue ſimiliter dictū eſt ſupra. i. parte. Quas etiā admōet Apo. i. Thi. v. dicēs Uidua eligatur non minus ſexaginta ānorū. que fuerit vnius vi

ri vxor. Seqnſ. Solo. ⁊c. Antiq
tus quoq: que vno contente fue
B rant matrimonio: corona pudici
tie honorabanſ: prout ait Valeri⁹
li.ij.c.i. vt habitum eſt. ẽ. parte. ij.
di.iiij.c.vj. Tales aũt viduas cõ-
mendat Hiero. contra Iouin.
exemplificans de multis que ſe-
cundo nubere noluerunt. Sicut
de Martia Catonis filia: a qua
lugente virum: cũ matrone que
rerent: quẽ diem haberet vltimũ
luctus: rñdit. quẽ ⁊ vite. Illa eniꝫ
que ſic flebat virũ mortuũ. de ſe
cundo matrimonio non curabat
¶ Similiter de alia: quã cum ꝓ
pinqu⁹ moneret vt ſecũdo nube
ret: eſſecꝫ ſibi etatem integram:
C faciem bonam: nequaq̃ꝫ inquit
hoc faciam. Si eni eque bonum
vel meliorem viruꝫ habuero q̃ꝫ
ante habui? nolo nubere timore
ne perdã. Si malũ quid neceſſe
eſt: poſt bonũ peſſimũ ſuſtinere?
¶ Similiter narrat ibi: ꝙ portia
minor: cũ laudareſ apud eã que
dam que bis maritata fuerat: ait
Felix ⁊ pudica matrona nũq̃ꝫ ni
ſi ſemel nubit. ¶ Siliter Mar
cella maior rogata a matre nube
re noluit. ¶ Similiter Valeria
D amiſſo Seruio viro ſuo nobili:
nubere renuit. Et interrogata q̃
re ait ſibi. maritũ ſecundum nõ
ſemper viuere: Seruiuꝫ aũt ſibi
ſemper viuere. Et ibi multum de
hoc. Unde ſubdiſ. Imitẽſ nupte
Claudias ⁊ Cornelias. i. mulieres
de progeniebus illis. Et cũ Apo. E
mulieribus bigamiam: vel ter-
gamiã legerint indulgentẽ: legãt
anteq̃ꝫ religio noſtra fulgeret in
mundo vnicubas ſemper hũiſſe
inter matronas decus: ⁊ per illas
muliebri fortune ſacra ſolitũ fieri
ſacerdotem nullum bigamũ nul
lum flamen bimaricũ: ab enienſi
bus Herophantios in cunis ca-
ſtrari: ⁊ poſtq̃ꝫ in pontificatũ ele
cti: viros deſinere eſſe: adraſica
te ſorbitione .ſ. cuiuſdam herbe.
Multum aũt hortaſ ibi Hiero.
viduas ad ſeruandã viduitatem
⁊ ne iterato nubant. ¶ Et de ſer-
uanda viduitate: ⁊ qualis vidua
debeat eẽ bõa Hiero. epl'a. xciiij. F
que intitulaſ de viduitate ſeruan
da: vbi multũ dehortaſ ſecũdas
nuptias enumerans multas ear
moleſtias. Unde ait. Volum⁹ ſci
re quales debent eſſe vidue? Le-
gam⁹ euangeliũ ſm Lucã. Erat G
inquit Anna pphiſſa que vixerat
cum viro ãnis ſeptẽ a virginitate
ſua. ⁊ hec vidua erat vſq ad an
nos octuaginta quatuor. Que nõ
dcedebat d templo ieiunijs ⁊ ob
ſecrationibus vacãs: ſeruiẽs deo
die ac nocte. Recordemur ſiliter
vidue Sareptane: que ſue ⁊ filij
ſaluti Helie pretulit famem. iij.
Regũ. xvij. Legam⁹ Iudith vi
duam confectã ieiunijs: ⁊ lugu-
bri habitu ſordentem: quomodo
lugebat virum Iudith. viij. Ubi
dr. ꝙ erat Iudith vidua ãnis tri

bus ⁊ menſibus ſex: que in ſu-
perioribus domus ſue ſecretum
ſibi cubiculũ fecerat. vbi cũ puel
lis clauſa morabat: habẽs ſuper
lumbos ſuos cilicium: ieiunabat
oĩbus diebus vite ſue: preter ſab
bata ⁊ neomenias: ⁊ feſta dom⁹ iſ
rael. Eratq₃ eleganti nimis aſpe-
ctu cui vir ſu⁹ reliquerat diuitias
H multas: ⁊ familia₃ copioſam. Et
hec erat in oĩbus famoſiſſima q₂
timebat deum valde: nemo erat
qui loqueret de ea vllum verbu₃
malum. Jdẽ ſubdit. c. xv. ꝙ p⁹ vi-
ctoriam de Holoferne Joachi₃
ſũmus pontifex cũ oĩb⁹ preſbyte
ris vẽit: vt videret Judith. Que
cũ exiſſet ad illũ: benedixerunt eã
oẽs dicẽtes. Tu glĩa hierl'm tu le
ticia iſrael. tu honorificentia po-
puli noſtri: q₂ feciſti viriliter: ⁊
confortatũ eſt cor tuum eo ꝙ ca-
ſtitatẽ amaueris: Et preter viru₃
tuum. alterũ neſcieris: Jdẽ man⁹
dñi confortauit te: ⁊ eris benedi-
cta in eternum. Ecce ꝙ iſta clau
ſa manebat: abſtinentijs ⁊ cilicio
delicatũ corp⁹ macerabat. Audie
rat enim ꝙ vxores Dauid clauſe
I erant vſq₃ in diem mortis ſue in
viduitate viuentes. ij. Regũ. xx.
Colloquia eni₃ mundanorũ cor
rumpũt ⁊ permutãt ſepe aĩos ꝓ
fectorum. Jdeo Hiero. ad cuſto
chiu₃. Nolo habeas conſortium
matronarum: nolo nobilium ac
cedas domos: nolo te frequẽter
videri. vt ꝯtemnas qđ eſſe noluiſti.

ſti. Cur facis iniuriã viro tuo. Ad
hoĩs coniugẽ dei ſponſa quid ꝓ
peras? Diſce in hac parte ſancta₃
ſuperbiã. Scito: te illis eſſe melio
rem. Et poſt. Rarus tibi ſit egreſ
ſus in publicum: matres te que-
rant in cubiculo tuo. Nunꝙ cã
tibi deerit procedendi: ſi ſemper K
quando neceſſe erit fueris proſe
ctura. Moderatus cibus ⁊ nun
ꝙ venter explet⁹. Et poſt. Sint
tibi quottidiana ieiunia: ⁊ refe-
ctio ſacietatẽ fugiẽs. Nil enim ꝓ
deſt biduo triduoq₃ trãſmiſſo va
cuum portare ventrem: ſi cõple
tur ſaturitate ieiuniũ hec ibi. Jte₃ L
ait Hiero. parum caſtitati credo
ſine ſuis appendicijs. Vidualis et
caſtitatꝭ tria ſũt appẽditia. ¶ Pri
mu₃ eſt nõ euagari: S₃ vel in do
mo propria manere: vel i templo
orare. exemplo anne ꝓphiſſe de
qua ſupra. Euagatio eni in vidu
is reprehendit. i. Thi. v. c. Si ſũt
occioſe: diſcunt circuire domos:
non ſolum occioſe: ſed ⁊ verboſe M
curioſe loquẽtes que nõ oportet.
¶ Secundum eſt ciborum aſpe
ritas: q₂ prout dr̃ vbi. ſ. vidua q̃
in delitijs viuit viuens mortua ẽ
¶ Tertiũ eſt veſtimentorũ vili-
tas. De beata enim virgine dicit
epiphanius ꝙ veſtes proprij co-
loris amabat ⁊ portabat. Viduaſ
autẽ delicate ornatas arguit Hie N
ro. in ep̃la ad Euſtochiu₃. vbi ait
Videas pleraſq₃ viduas anteꝙ
nuptas: infelicem conſcientiam

mentita tñi veſte protegere: quas
niſi tumor vteri: ⁊ infantum pro/
diderit vagitus: erecta ceruice ⁊
⁊ ludentibꝰ pedibus incedũt. he
aũt lepide ⁊ feſtiue videri volunt
⁊ quã viderint palentẽ: miſeram
⁊ manicheã vocãt. Quarꝫ veſtis
tenuis: quibus exquiſitꝰ lectus ⁊
delitioſus: ſtricte manice brachi
is adherentes: mollis geſtus: fra
ctus inceſſus. hec apud illas tota
viduitas hec ille. Venio inquit ẽt
O Hiero. de viduitate ſeruanda ad
viduam paupercula in euãgelio
duo minuta mittentẽ in gaçophi
latio cuius deuotã oblationẽ lau
dauit Ieſus. di. Vere dico vobis
qꝛ vidua hec paupercula pluſqꝫ
omnes miſit: Luce. xxi. Et idem
Hiero. Quid anguſtiarum nu/
ptie habeant didiciſti in ipſis nu
ptijs: ⁊ quaſi coturnicum carni/
bus vſqꝫ ad nauſeã ſaturata es.
Sequit. Quid vis tibi rurſum in
P gerere quod noxiũ ẽ. Bruta aia
lia ⁊ vage aues in eaſdẽ pedicas
⁊ reptilia que euaſerunt non inci/
dunt: An forte ꝑpter liberos hoc
vis. Sed ridiculũ eſt ſperare ꝓ/
certo: quod multos videas non
habere. Sequit. Imitare potius
ſanctã matrem tuã. cuius ardor/
in xp̄m: palor ex ieiunijs: elemo/
ſina in pauperes: obſequiũ in ſer
uos dñi humilitas cordis ⁊ veſti
um: ⁊ in cunctis ſermo modera/
tus. Et poſt. Accipe queſo occa/
ſionem. ⁊ fac de neceſſitate virtu

tem. Similiter ep̄la. xcv. de hoc
multum inter laudes paule ma/
tris Euſtochij. exponens illud. i. Q
Thi. v. Volo adoleſcentulas nu
bere: ⁊c. Nullam occaſionẽ da
te aduerſario. ⁊c. Cur enim idul
ſerit ſcõas nuptias ſubdit. Iaz q̃/
dam declinauerunt poſt Satha
nam. Vide inquit qualia ſũt ſcõa
matrimonia que tñi lupanaribꝰ
preferunt. ait enĩ Melius eſt enĩ
nubere qꝫ vri. Quaſi dicat: Vi/
dua que nõ põt vel non vult cõ
tinere maritũ potius hoiem acci
piat qꝫ diabolũ. Et interſerit ibi
verſus Virgilij. lib. iiij. Eneidos.
Ille meos primꝰ qui me ſibi iun
xit amores: Abſtulit: ille habeat
ſecũ ſeruetqꝫ ſepulcro. Et idem
Hiero. de hoc multũ ep̄la. xcvj.
loquẽs de triplici ſtatu. ſ. cõiugũ R
continentiũ. ⁊ virginũ: ⁊ de eorꝫ
coronis. Ubi narrat de viro q ſe
peliuit viginti vxores ⁊ de mu/
liere que habuerat vigintiduos
viros. Qui fuerunt matrimo/
nio copulati. ⁊ erat ſpectatio toti
Rome quis quem efferret ad ſe
pulturã. Sed vicit maritus: ⁊ to
tius vrbis populo concinente co
ronatꝰ: palmam portans: vxoris
multinube feretrum precedebat
Ideo Hiero. alloquẽs viduam
cui ſcribebat. obſecro te inquit: vt
iſta teſtimonia non noueris qui/
bus miſeris ⁊ incontinẽtibꝰ ſub S
uenit: ſed illa potius lectites qui/
bus pudicitia coronat. Sufficiãt

bi:q perdideris primũ virgini/
tatis gradum: ꝛ per tertiũ vene/
ris ad ſecundũ.i.per officiũ con/
iugale ad continentiam vidualez
Et ibi multũ de hoc ꝛ huiuſmo/
T di habet. ¶ Qualiter autez caue
re debet vidua malam ſocietatẽ
ꝛ ſuſpitõez Hiero. epiſtola.xcvj.
dicit.vbi ait. Quid facit vidua in
ter familie multitudinẽ.inter mi
niſtrorum greges? Et ſequit. Ca/
ueto omnes ſuſpitiones: ꝛ q̄cq̄d
de te probabiliter fingi põt. Ne
autem fingatur ꝺ vita. Non am
bulet iuxta te calamiſtratus ꝑcu
rator.non hyſtrio factus in femi
nam: nõ cantoris diaboli vene/
nata dulcedo:nõ iuuenis nitid⁹:
nil artiũ ſcenicarũ: nil tibi in ob/
V ſequiis molle iungat. Habeto tui
ſexus ſolatia. Semper in mani/
bus tuis diuina ſit lectio ꝛ tã cre/
bre orationes: vt cogitationũ om
niũ ſagitte quibus adoleſcentia ꝑ
cuti ſolet: huiuſmodi clipeo repel
lãtur. Et poſt. Neſciat vidua bi/
gamie indulgentiã ꝛc. Et Augu.
de continentia viduali. In omni
bus ſpũalibus delitijs quib⁹ fru/
untur innupte. ſancta earuz con
uerſatio cauta eſſe debet: ne forte
cũ mala vita non ſit per laſciuiã:
mala ſit fama ꝑ negligentiã. No
X bis eni ẽ neceſſaria bona vita no
ſtra: ſꝫ alijs fama noſtra.hec ille.
¶ Qualiter autem vidua debet
eſſe ornata. Hiero.ep̄la.cxiij.al/
loquens viduam ait. Quid facit
in facie xp̄iane purpuriſſus ꝛ ce/
ruſa quorum alterũ ruborez ge/
narum ꝛ labiorũ mentitur alteꝝ
candorem oris ꝛ colli? Ignis iu/
uenum: fomenta libidinum: im
pudice mentis indicia vt habitũ
eſt.ſ. Sequit. Quid aliud poli/ Y
cemur aliõ oſtẽdimus. Lingua
ꝑſonat caſtitatem: ꝛ totũ corpus
prefert impudicitiã. ¶ Qualiter
aũt d̄bet eſſe ſobria.ibidẽ. Quid
inquit neceſſe eſt: nos iactare pu
dicitiã: que ſine comitibus ꝛ ap/
pendit͛ijs ſuis.ſ.continentia ꝛ par Z
citate fidem ſui facere nõ poteſt.
Apo. macerat corp⁹ ſuũ: ꝛ adole
ſcentulã feruente cibis corpore: ſe
cura eſt de caſtitate. Vidua enim
in delitijs viuẽs: mortua ẽ.i.thi.
v.c. Ardentes quippe diaboli ſa/
gitte: ieiuniorũ ꝛ vigiliarũ frigore
reſtringunt.ꝛ.i.thi.v.bene ꝺ in/
ſtructione viduaꝝ. Vbi ait Apo.
Viduas honora que vere vidue
ſunt. Si qua aũt vidua filios aut
nepotes habet: diſcat primũ do/
mum ſuam regere: mutuã vicez
reddere parentibus. Hoc enim
acceptũ eſt corã dño. Que aũt ve A
re vidua eſt.ꝛ deſolata ſperet in
deum. ꝛ inſtet orationib⁹ ꝛ obſe/
crationibus nocte ꝛ die. Nã que
in delitijs eſt: viuens mortua eſt.
Vidua eligat non min⁹ ſexagin/
ta annorũ. que fuerit vnius viri
vxor: in opibus bonis teſtimoni
um habens: ſi filios educauit: ſi
hoſpitio ſuſcepit: ſi ſcõꝝ pedes la

uit: ſi tribulationẽ patientib⁹ ſub
miniſtrauit: ſi oẽ opus bonũ ope
rata eſt. Adoleſcentiores viduas
B deuita. Cum eni luxuriate fuerit
in xpo nubere volũt habẽtes dã-
nationẽ: q2 primã fidẽ irritã fece-
runt. Simul aũt ⁊ ocioſe diſcunt
circuire domos. Non ſolũ autez
ocioſe: ſed v̇boſe ⁊ curioſe loq̃n-
teſ. que nõ oportet. Et Aug. ep̃ſa
iiij. multum de perfectiõe vidua
rum. vbi ait ꝙ magis alijs debet
C orare vidua. Et. iij. cõfeſſionũ lo
quens de matre ſua. Illa ingt vi
dua caſta pia ⁊ ſobria q̃les amaſ
tu deus. ⁊c. Unde narrat Ual. li.
iiij. c. iij. de Antonia femina que
amorem mariti egregia fide pen
ſauit: forma ⁊ etate florens: cubi-
culum ſocrus pro cõiugio habu
D it in eodẽq3 thoro alteri⁹ adoleſcẽ
tule vigor extinctus eſt: alteri⁹ vi
duitatis experientia conſenuit.
Tales viduas benedicit domin⁹
ꝑs Uiduã eius bñdicens benedi
cam. Uoces eaꝝ exaudit ⁊ prote
git ac lachrymiſ cõ deſcẽdit. Exo.
xxij. Uidue ⁊ pupillo nõ nocebis
Si leſeris eos vociferabunt ad
dñm. Sequit. Ego audiã voces
earum: ⁊ egrediet furor meus cõ
tra te: Ecc. xxxv. Nonne lachry-
me vidue ad maxillã aſcendunt
⁊ exclamatio ei⁹ ſuper deducen-
tes eas: a maxilla quoq3 aſcẽdũt
in celũ: ⁊ dñs exauditor non dele
E ctabit in illis. ¶ Et nõ ſolum in
mulierib⁹ exemplũ ſeruande ca

ſtitatis: ⁊ viduitatis inueniſ: ſ3 etiã
in creaturis irrationabilib⁹ ſicut
in turture: vt ait Ambro. Exam.
omel. v. di. ꝙ turtur vbi ꝯiugis ꝓprij
fuerit amiſſione viduata: pertẽſi
ne vſum thalami ⁊ nomẽ habe-
re coniugij: eoꝙ primꝰ amor fe-
fellit eam: dilecti morte horreſcit:
q̃ſi ⁊ infidelis ad perpetuitatẽ fu
it: ⁊ amarus ad gratiã: q plus do
loriſ ex morte q̃3 ſuauitatiſ ex amo
re generauit. Sequit. Iterare cõ
iunctionẽ recuſat. Illi ſoli caſtita
tem ſuã reſeruat: illi cuſtodit no-
mẽ vxoris. Diſcite ingt mulieres
q̃nta ſit viduitatiſ gratia que etiam
in auibus ꝑdicatur. Ideo. i. cori.
Dico in nuptis ⁊ viduis: bonum
eſſe illis ſi ſic ꝑmaneãt: ſicut ego.
Quod ſi non contineant: nubãt
Melius eſt enim nubere q̃3 vri.
Super qđ Hiero. ep̃ſa. xcv. Tol
le qđ peius eſt. ſ. vri. ⁊ iam per ſe
bonũ non erit. ſ. nubere. Euãge-
licus ergo predicator his occaſio
nibus admoneat viduas vt ſint
tales quales deſcripſerunt ſancti
prenominati.

¶ Capl̃m tertiũ. De iſormatiõe
virginũ. ⁊ defectu virginitatis: ⁊
de pena violantiũ eam.

Virgines ſunt admonẽde
eodẽ mõ quo Apo. mo-
net eas. i. cor. vij. vbi ait.
de virginib⁹ ꝑceptũ dñi nõ hẽo
conſilium aũt do ⁊c. Quia ſtat⁹
virginitatis eſt quaſi ſtat⁹ celica-
lis: nõ eſt ſub precepto ob ſuã ar
duitatem

dulitatē ⁊ difficultatem. Propter
G quod dicit Saluator Mat.xix.
Sunt eunuchi qui ſe caſtraue/
runt propter regnū celoꝝ. Et ſe/
quitur. Qui poteſt capere capiat
vt enim dicit Aug. de bono vir/
ginali: virginalis integritas ⁊ ꝑ
puram continentiam ab oī con/
cubitu immunis: angelica portio
eſt: et in carne corruptibili inco/
ruptionis perpetue meditatio. Et
ideo non fuit preceptū de ea: qꝛ
vltra hoīes eſt. Nam ⁊ quodā/
modo imprudētis erat aduerſus
nām cogere: alioquin mō dicere:
volo vos eſſe qḋ angeli ſunt. vñ
⁊ virgo: maioris eſt premij: dū
id contemnit: qḋ ſi fecerit non de
linquet. ⁊ de laude ṽginitatꝭ Au
H gu. de bono virginali quaſi ꝑ to/
tum. ⁊ Ambro. lib. de ṽginitate.
Quis neget hanc vitam eſſe de
celo: quam non facile inuenimꝰ
in terris: niſi poſtquam dñs in huiꝰ
corporis membra deſcēdit? Sꝫ
de Helya: de Ioāne baptiſta: de
Maria ſorore Moyſi: ⁊ de vir
ginibꝰ quas legimꝰ fuiſſe in tem/
plo deputatas: ⁊ ceteris: hec oīa
in figura ꝯtingebāt illis: vt eēnt
īdicia futuroꝝ. Figura in paucis
I veritas in pluribꝰ. ¶ Qualis āt
debet eſſe virgo Apo. deſcribit. i.
cor. vij. Ubi ait. Mulier inupta
⁊ ṽgo cogitat que dñi ſunt: vt ſit
ſancta ⁊ corpore ⁊ ſpū. Debet igiƚ
eē virgo ſanctitate iteriori ⁊ exte/
K riori imaculata. ¶ Dꝫ eē medita

tionibus diuinis vacans ⁊ inten
ta. ¶ Debet etiam mundanarū
cogitationū abdicatiua ⁊ expul/
ſiua: vt patet in auctoritate apo/
ſtolica. ¶ Debet eē ſedulitate ſtu
dioſa: vt deo placeat habēs oleū
celeſtis gratie ⁊ interioris leticie
coram deo in vaſe cordis: vt ſit
virgo ſapiens obuiās xp̄o: ⁊ ha/
bens oleū in lampade Math.
xxv. ¶ Et de inſtructione virgi/
nis qualis debeat eſſe bene Hie
ro. ad Euſtochiū epiſtola. xliiij.
per totum vbi deſcribit eminētē
virginitatis prerogatiuam dicēs L
ꝙ virginitas nō eſt in preceptoꝛ
qꝛ maioris eſt mercedis: qḋ non
cogitur ſed offerƚ. Et duriſſimū
erat ꝯ naturā cogeƚ: angeloꝝq
vitam ab hominibꝰ extorquere:
⁊ id quodāmō damnare qḋ con
ditū eſt. Et ibidē. vt autē filiꝰ dei
ingreſſus eſt mūdum: nouam fa
miliam inſtituit: vt qui ab ange/
lis honorabaƚ in celis: haberet i
terris angelos. i. virgines. Item
Ambro. de virginitate. Supgre
ditur inquit virginitas conditio
nem nature: per quam homines
angelis aſſimilantur. Angeli. n. M
ſine carne viuunt: virginitas in
carne triumphat. ¶ Item virgo
debet eſſe frugalitate ⁊ abſtinen
tia ſobria. vnde Hiero. dicta epi
ſtola. Si experto creditur: hoc ꝓ
mū moneo: vt ſponſa xp̄i vinū
fugiat pro veneno. hec aduerſus
adoleſcentiam prima arma ſunt

demonū. Sequit. Vinū ⁊ adoleſcentia duplex incendium voluptatis. Quid oleū flamme adicimus? Quid ardenti corpuſculo fomēta igniū miniſtram⁹. Moderatus cib⁹ ⁊ nunq̄ venter expletus. Sint tibi quottidiana ieiunia: ⁊ refectio ſaturitatem fugiens. ℂ Jtez debet eſſe virgo humilitate ſubiecta ⁊ timida: exemplo beate virginis matris dei: in qua dedicatur ſacra virginitas: ꝑut ait Hierony. dicta epiſtola. Jpſa enim de ſua humilitate gloriatur. ⁊ deum laudat ſubticēdo de virginitate. Luce. ij. quando ait. Magnificat anima mea dominum. ⁊c. Sequitur. Quia reſpexit humilitatē ancille ſue. Humilitas enim neceſſaria eſt v̄ginitati: ⁊ charitas ē cuſtos: v̄ginitas v̄o locus: ait Augn. de bono virginali: Et de humilitate beate virginis quā debet imitari quelibet virgo. Ber. ſuper miſſus ē. ℂ Jtez debet eſſe tacita ſilentio v̄tuoſo: ⁊ pudore verecunda. ait Hiero. ad Demetriadem epiſtola. lxvij. Sit ſermo virginis prudens: modeſtus ⁊ rarus: nec taz eloquentia precioſus q̄ȝ pudore. Mirātur omnes te tacente: tuā verecūdiam. te loquente prudentiā. Et ibidem. Nunq̄ detractio ex virginis ore ꝓcedat. Et poſt Sermo ocioſus vitādus eſt. Et ibi multa bōa de inſtructiōe virginis: ⁊ ſimiliter in ſequenti ep̄la ad eandem. ℂ Jtem debet eſſe quieta ⁊ honeſta ſocietate comitata non vaga diſcurrens per plateas ⁊ vicos: exemplo beate virginis matris dei: quam angelus inuenit in cubiculo ⁊ loco archano. Luc. ij. vnde Hierony. dicta epiſtola. Rar⁹ ſit egreſſus in publicum. Nunq̄ cā deerit ꝓcedendi: ſi ſemper cū neceſſe fuerit fueris proceſſura. Et ibi Sint tibi ſocie quas etas ꝓbauit ⁊ vita: que quottidie in cordibus ſuis canant: vbi paſcas: vbi cubes in meridie? ℂ Jtem dȝ eſſe ſanctis orationibus ⁊ virtuoſis operib⁹ occupata. Ait Hiero. dicta ep̄la. Diuerſas orandi horas habere debemus: vt ſi forte aliquo tp̄e detenti fuerimus ipſum nos ad officium tempus admoneat: horam tertiam: ſextaȝ ⁊c. Et ſic monet virginem: vt ſit intenta orationi: vel vtili operi. Et idē Hieronymus epiſtola. xliiij. alloquēs matrem de inſtitutione filie. Reddat tibi penſum quottidie de ſcripturaruȝ floribus. Et poſt Aſſueſcat ad orationes ⁊ pſalmos nocte ꝯſurgere: mane hymnos canere: tertia: ſexta: ⁊ nona i acie ſtare quaſi bellatricem xp̄i. Sequit. Diſcat ⁊ lanam facere: tenere colū: rotare fuſum: ſtamina police ducere. Et d̄ iſtructiōe virginis morib⁹ ⁊ v̄tutib⁹ ſufficiēter ſancti p̄dicti in tractatib⁹: ⁊ operibus: ac ep̄lis ſuis. ℂ Et licȝ ſpe

cialiter inſtruant virgines deo di
S catas ꝛ cõſecratas: oĩbus tamen
virginibus que ſunt ſapientes et
non fatue predicte virtutes ſunt
neceſſarie. Oẽs quoqꝫ virgines
admonẽde ſunt: de diligenti ſue
virginitatis cuſtodia ꝛ ne incau
te egrediantur cũ Dina ad viden
dũ mulieres regionis: ne corrũ-
pantur ꝛ iniuriã patiant᷑: ſicut illa
Geñ. xxxiiij. virginitas eiꝫ theſau
rus impꝛeciabilis eſt: ait Hiero.
ad Demetriadẽ loquẽs de virgi-
nitate. Diuitie inquit tue virgini-
tas tua: theſaurus tu⁹ eſt: theſau
rus irrecupabilis poſtꝙ̃ amiſſus
eſt. Idem ad Euſtochiũ epiſtola
pdicta. Caue queſo, ne qñ dicat
T de te deus: virgo iſrael cecidit: ꝛ
non eſt qui reſuſcitet eam. Euidẽ
ter loquoꝛ. Cum oĩa poſſit deus
ſuſcitare non põt virginem poſt
ruinã. valet quideꝫ liberare a pe-
na: ſed non coꝛonare coꝛruptam.
Si ergo ſolliciti ſunt ad cuſtodiẽ
dũ theſaurum recuperabilẽ mul
to magis theſaurum irrecupera
bilem: de quo Mat. xiij. Simi-
le eſt regnum celoꝛum theſauro
abſcondito in agro. Super quo
Gre. li. i. ſup eũ ã. omel. xij. Dep
dari deſiderat: qui theſauruꝫ pu-
blice in via poꝛtat. virgines ergo
V que oſtentant ſuam pulchritudi-
nem diſcurrentes vndiqꝫ ꝛ va-
gantes timere poſſunt ne depre-
dentur a latrũculis ſathanicis et
ſcoꝛtatoꝛibus. De quorum quoli

bet Iob. per neceſſitatem eſt qſi
fur. Oculus enim adulteri obſer
uat caligines. ꝛc. Sacre aũt vir
gines ſollicite fuerunt de hac cu
ſtodia: que malebant potius mo
ri ꝙ̃ virginitatẽ amittere: ꝛ deſi-
derabãt defoꝛmari in coꝛpoꝛe ne
ꝯcuperent ꝛ perderent theſaurũ
ṽginitatis: ſicut narrat Ambꝛo.
ij. de virginitate: d̃ illa ſancta vir
gine que fuit ducta ad lupanar:
ꝛ intus erat colũba. foꝛis ſtrepe-
bant accipitres. Que fleuit ꝛ oꝛa
uit. di. Domine: donaſti virgini-
feras ꝛ leones domare. potes ho
minum ſimiliter ferinas mentes
domare. Nunc templũ tuum in
uaditur: ne patiaris inceſtum ſa
crilegij. vixqꝫ precem compleue
rat: ꝛ ecce miles itrauit. Qua tre X
mente: ille ait. Ne timeas ſoroꝛ
veni: ſaluare animã tuã: nec qua
ſi adulter ingreſſus ſum. Si vis
martyr egrediar. Veſtimẽta mu
temus. veſtis tua. me faciet verũ
militem: q: martyrẽ: mea quoqꝫ
veſtis te virginem. Sume paliũ
quo tegas crines: abſcondas oꝛa
Solent eniꝫ homines erubeſce
re qui lupanar exeunt. Mutato
igitur habitu: euolauit de laqueo
Et cum alius intraſſet credẽs in
uenire puellã: egrediẽs ait. Pu-
ella ingreſſa fuit: modo videt vir
euentũqꝫ aliis denunciat. Et mi
les pꝛo virgĩe dãnatus eſt. Que
hoc audiens fertur cucurriſſe ad
locũ ſupplicij. ꝛ certaſſe de nece. Y

Cūqꝫ ille diceret: ego ſum iuſſus
occidi: te aūt abſoluit ſententia:
ait virgo. Non ego effugiū mor-
tis elegi: ſed pudoris predā effu
Z gere optaui. Si ſanguis expetiſ
fideiuſſorē non deſidero. habeo
vnde ſoluam. In me lata eſt ſen
tentia: que pro me lata eſt. Fide-
iuſſor liber eſt: quando is parat⁹
eſt ſoluere ꝓ quo fideiuſſit. Aut
igitur rea ero ſanguinis tui: aut ero
martyr mei. Sufficiūt membra
morti: quas non in nature oppro
brium declinaui. Non meritum
tibi ceſſi ideſt conceſſi: veſtē nō
ꝓfeſſionem mutaui. Noli eripe-
re beneficium quod dediſti. Sic
qꝫ ambo contenderūt: ⁊ vicerūt.
A Nec eſt diuiſa corona ſed addi-
ta. Laudanda ergo eſt hec vir-
go ⁊ de v̓ginitatis zelo: ⁊ de deſi
derio martyrij. ¶ Idem narrat
lib. iij. ꝙ Sotheris: cū eſſet v̓go
decora facie: ⁊ eā perſecutor pal-
mis in facie cedi iuberet: illa hoc
audiens: leta: vultū obtulit. vt ibi
fieret martirij ſacrificiū: vbi fue-
rat pudoris temptamentū. Gau
debat in diſpendio pulchritudi-
nis: periculum integritatis auferri. ¶ Conſimiliter legitur in vita
beate Brigide: ꝙ cū eam adul
tam nobilis quidam in coniugē
B peteret: ipſa caſtitatiſ deſiderio fla
grans a deo precibus obtinuit:
vt aliqua ſibi data corporis defor
mitate: omnium ꝓcoꝝ in ea ceſſa-
ret inſtantia. Et tunc oculus eius
vnus crepuit ⁊ liqueſact⁹ eſt. Qd
videns pater eius velari eā per-
miſit: ⁊ eius oculus ſanatus eſt.
¶ Similiter de alijs virginibus
ſanctis legitur: ꝙ ſollicite erāt ꝓ
cuſtodienda ſua virginitate: vñ C
legitur in libro. qui dr̄ paradiſus
de quadam puella: q̄ cū nollet cō
ſentire dño ſuo grauiter eſt affli-
cta: reſpōditqꝫ: ꝙ ante minutatī
mitti in picē ſuſtineret: q̄ꝫ ꝯſenti
re. ¶ Ibidē legitur de alia que
intra quoddam ſepulcrū ſedit ꝑ
decē annos donec mortua fuit.
Cuius vultū nemo videre potuit
Et hoc inquit ideo: qr cuiuſdam
animus in me leſus fuerat: ⁊ ne
me videret malui ī ſepulchro re- D
cludi: q̄ꝫ nocere anime ad ſilitu-
dinem dei facte. ¶ Similiter le-
gitur ibi de virgine apud quā la
tuit beatus Athanaſius: per ſex
annos. Que cū eēt mire pulchri
tudinis: conſueuit vitare aſpect⁹
hominū: ne ex ſuſpitione: aliqua
macula notaretur. Ad quā veni- E
ens ſanctus Athanaſius ait. De
us mihi nocte dignatus eſt reue
lare: apud nullū: vt apud illā vir
ginem hoſpitarer: me poſſe ſalua
ri. Illa v̓o ꝓiectis vanis cogita-
tionib⁹ lauit ei pedes ⁊ miniſtra
uit. Et tranſacta perſecutiōe ſubi
to in eccleſia cōſtanter apparuit
dixitqꝫ amicis. Apō vos ſi latuiſ
ſem
vt poſſetis iurarī neſcire vbi eſſē
In cella v̓o virginis latui: vbi nul
la ſuſpitio poterat eſſe de me.

F ¶ Ibidem legit de virgie Julia
na: q̃ Origenē metuētē ſeductões
paganoꝝ ⁊ fugientē biēnio ſuſce
pit: ⁊ celauit ſibiq; miniſtrauit.
¶ Similiter narrat Hiero. ep'la
xlij. de virgine ſacra que videri
noluit a beato Martino qui vo
lebat videre eam moribus ⁊ ca
G ſtitate precellaz. Que miſit ei En
cenium: ac per feneſtrā reſpiciēs
ait ſancto viro: ora ꝓ me pr: quia
nūq̃ a viro ſum viſitata. Gras
egit ſanctus deo: eamq; bñdixit.
Q̃ periculoſum aūt ſit ſacrā vir
ginitatem impedire: vel deo ſa
cratas virgines violare patet ex
eo qd narrat Hierony. epiſtola.
H xlix. di. q Pretaxata nobiliſſi
ma femina iubente viro qui pa
tru' erat Euſtochij virginis ha
bituz ⁊ cultū ipſius virginis mu
tauit: cupiens vincere virginis
propoſitum ⁊ matris eius ſcilicet
Paule deſideriū. Volebat eniz
q nuberet. Et ecce eadem nocte
cernit in ſomno venire angelū
terribili facie minantem penas:
⁊ hec verba frangentem. Tu au
ſa es. viri tui imperium preferre
exemplo. Tu caput virginis dei
ſacrilegis manibus auſa es attre
ctare? Que iam areſcent: vt ſen
tias cruciata quid feceris: ⁊ fini
I to vno menſe ad inferna duca
ris. Si autem in ſcelere pſeuera
ueris: ⁊ marito ſimul orbaberis
⁊ filijs. Que omnia per ordinez
expleta ſunt: ⁊ ſeraz miſere pnīaz
velox ſignificauit interitus. Sic
xp̄s vlciſcitur violatores templi
ſui: ſicut gēmas ⁊ precioſa orna
menta deffendit. Hec aūt retuli
non q inſultare velim in calamī
tatibus fidelium: ſed vt moneaz
cū q̃to metu ⁊ cautione ſeruare
debeas qd domino ſpopondiſti.
Hec ibi. Nec miruz: ſi de' offen
ditur in violatione virginis deo
conſecrate: qz ſacra virgo vxor ē
regis non militis: qz ſcilicet ſpon
ſa xp̄i archa teſtamenti interius K
⁊ exterius deaurata: ⁊ cuſtos le
gis domini: ait Hiero. alloquēs
Euſtochiū vbi. s̄. di. zelotipus ē
deus. non vult videri ab illis fa
ciem tuam. Ipſe dicit ubi vna ē
columba mea: vna pfecta mea.
Semper te cubilis tui ſecreta cu
ſtodiant. Semꝑ ſponſus ludat
tecū intrinſecus. Orans: ad ſpō
ſum loquaris legens: ille tibi lo
quatur. vere ergo ſiquis violaue
rit templum dei: diſperdet illum
deus. i. cor. iij. Et licet predicta in
telligantur de ſacris virginibus
deo dicatis: tamen omnis virgo
debet ſollicite ſeruare virginitatē L
ſuam: et ſi habeat propoſitum
nubendi. vnde ſm legē diuinam
Deutero. xxij. Si quis apprehen
dens virginez cōcubuerit cū ea
debet eam vxorem ducere. Et ſi
virgo eſſet ⁊ deſponſata: ſi fuiſſet
corrupta in ciuitate: ⁊ ñ clamaſſz
debet lapidari. Sicut enim legit
in vita ſancti Lundiuini hucuſ

q̄ durauit: vt q̄libet virgo in pa-
M ternis edib⁹ spōte deflorata: viua
absq̄ vlla retractatione sepeliri
debuit. Violator vero super eius
sepulchrum suspendi. Et vt dici
tur ibi lex fuit in populo barba-
ro: vt si puella ī p̄rnis fornicans
larib⁹ grauida inueniebat̄ ꝺ sup-
cilio montis altiſſimi precipitaba
tur. Corruptor v̄o: capite plecteba
tur Si ergo ethnici: ⁊ diuine le-
gis ignari ſic erāt ſolliciti ad cu-
ſtodiēdā virginitatem in filiab⁹
ſuis: q̄ta ſollicitudine debent fi-
deles xp̄iani zelare pro filiarum
virginitate ſeruādaꝫ virgines .n.
veſtales .i. ſeruientes dee veſte
ſm errorem gentiliuꝫ: ſi inuenie
N bantur corrupte: viue excoriabā
turꝫ put legit̄ in prologo hyſtorie
Romanorꝫ: vbi narratur de vna
que cū genuiſſet infantes: iux le-
gem viua deffoſſa eſt. vñ de alia
tali narratur q̄ cum haberet cer
tam conſciam ſinceritatis ſue: ac
cepto cribro veſta īquit: ſi ſacris
tuis caſtas ſemper admoui ma-
nus: effice: vt hoc hauriam in cri
bro e Tiberi aquā: et in edeꝫ tuā
perferam. Et ſic factū eſt prout
dicit Vale. li. iiij. c. i. Nec eſt intel
O ligendū q̄ hoc fuerit merito ſue
virginitatis: vel obſequij: cū rit⁹
ille eſſet diabolicus: ſꝫ fuit ludifi-
catio demonū ad deceptionē ho
minum: ſicut determinat Aug.
loquens de facto huius virginis
x. de ci. c. xvi. Potuit eniꝫ demō

permiſſa ſibi poteſtate: aquaꝫ te-
nere in cribro: vt amplius decipe
ret. Narrat etiā ibi Aug. de alia:
que nauem in qua ſimulacrum
vehebatur conatibus hominuꝫ P
⁊ boum immobilē redditaꝫ: zo-
na alligatam: ī ſue pudicitie teſti
monium mouit ⁊ traxit. In om-
nibus aūt predictis p̄dicator dei
moneat virgines eſſe tales q̄les
deſcripte ſunt: vt de eis dicatur.
Adducent̄ regi virgines poſt eā
Et habeant oleum ideſt nitoreꝫ
cō ſcientie in lampade cordis cū
virginibus ſapientibus. Et deuo
ta voluntate ſint virgines non ti
more coacte. vt eniꝫ ait Ambro.
primo. de virginitate: non eſt ca- Q
ſta que metu cogitur: nec hone-
ſta que mercede cōducitur. Ubi
ait de quadam Pictagorica vir
gine: que cū a tyranno cogeretur
p̄dere ſecretum: ne quid in ſe ad
extorquendā cōfeſſioneꝫ etiā tor
mētis haberet: morſu abſcidiſſe
linguam fertur: ⁊ in tyranni faciē
expuiſſe. vt qui interrogādi finē
non faciebat: non haberet a quo R
interrogaret. Sed victa eſt cupi
ditatibus: que tormentis vinci n̄
potuit: forti animo ſed tumeſcen
te vtero. ¶ De fructu autē ⁊ pre-
mio virginitatis Apoc. xiiij. Ne
mo poterat dicere cāticū. ⁊c. Se
quitur. Virgines enim ſunt ⁊ ſe-
quunt̄ agnū quocūq̄ ierit. Sup
qd̄ Augu. de bono virginali ait.
Agnū ſequi quocūq̄ ierit eſt: ip
S

ſius virginitatem mentis ⁊ cor/
poris imitari. Et ibidē. Gaudia
virginum non ſunt eadem cum
non virginibus q̄uis xpi. Naz
ſunt alijs alia: ſ nullis talia. Iſa.
lvi. Hec dicit dn̄s de eunuchis
Dabo eis in domo mea ⁊ muris
meis nomen melius a filijs ⁊ fi/
liabus. vnde Aug. ep̄la. cxxviij.
T Beatius eſt: in carne imitari vi/
tam angelorū q̄ ex carne augere
numerū mortaliū. Hec eſt vberi
or fecūdiorq felicitas: nō vētre
graueſcere ſed mēte grandeſcere
non laceſcere pectore: non viſce/
ribus terram: ſed oronib⁹ celum
parturire. Et de fructu virginitatis
⁊ cautela in malis cauendis nar
rat Gre. dial. iiij. loquēs de puel/
la noīe Muſa. Cui beata virgo
apparuit cum puellis in albis ve
ſtibus querens ab ea an vellet vi
uere in ei⁹ obſequio. Qua rn̄dēte
q ſic ait ei beata vgo: vt nihil vl
teri⁹ puerile vel leue ageret: a riſu
⁊ iocis abſtineret. Et q ad eā die
V trigeſima ventura erat. Que oio
mutata eſt. ⁊ ſicut dixerat ei bea/
ta virgo ita factum eſt. ⁊ in vlti/
mis poſita dixit. Exite: ecce dn̄a
venit. Item narrat ibidē de alia
nomine Tharſilla: que cū veniſ/
ſet ad exitum circunſtantib⁹ duo
bus eius ſororib⁹ circa lectuz cla
mauit. Cedite. Jeſus venit. Et d̄
X virginū perfectione ⁊ glia patet
in vitis ſanctarum. ſ. Catharine
Agnetis: ⁊ Cecilie: aliarū: de qui/
bus eccl'ia ſolemnizat.

¶ Septima diſtinctio. De admo
nitione hominum ſm differen/
tias euentuum vel fortune.

¶ Capl'z. i. De admonitione exi
ſtentium in proſperitate.

ſ Imiliter admonendi
ſunt homies exn̄tes V
in pſperitate: ne ex/
tollantur: ⁊ exiſtentes
in aduerſitate: ne de/
ſperando terreant. Illi ne q: p/
ſperantur p voluntate: ſe efferāt
nec in ea preſumptuoſe cōfidāt:
iſti ne tolerātes aduerſa deſipiāt
⁊ mutabilitatē ac labilitatē mū
danorū iugiter cōſiderent. Et de
horū admonitione Gre. ij. paſto
ralis. c. xvij. vnde puer. i. pſperi
tas ſtultorū perdet eos Aug. ep̄la
lxxxij. Mūdus piculoſior ē blā Z
dus q̄ moleſtus. Job. v. Vidi
ſtultum firma radice: ⁊ maledixi
pulchritudini eius. Ubi Grego.
mor. vi. Quaſi per amena prata
ad carcerē venit: q per pn̄tis vi
te proſpera ad interitum currit.
Et Job. xviij. Precipitabit eum
conſilium ſuum. vbi Gre. mor.
xvi. Proſperitas greſſus obli/
gat. vt vix ad bona pdire poſſint
vnde Aug. epiſtola. v. Nil infeli
cius felicitate peccantiū: q̄ pena/ A
lis nutritur iniquitas: ⁊ mala vo
luntas velut hoſtis interior robo/
ratur. Sequit. Si de⁹ pollere p/
mittat iniquos in pſperitate: tūc
indignatur grauius: ⁊ ſi impuni/

ta dimittat: tunc punit infeſtius.
B Ubi introducit illđ poete. Luxu/
riant animi rebus pleruncꝫ ſecū
dis. Et de hoc Sen̄. multū de ꝓ
uidentia vbi ait. Nihil infelicius
eo: cui non accidit aliqđ aduerſi
q̄r male iudicauerunt dij de ipo.
Exponit exempla de illis qui ad/
uerſa ſuſtinuerūt. Sicut de Re/
gulo qui q̄to plus glorie habue
rit: tanto virilius aduerſa tolera/
uit. Solatiū eiꝫ magis viris fuit
dura pro honeſtis tolerare. Idē
epl̄a. vij. Munera fortune ſunt
inſidie. Et epl̄a. lxxx. Segetem
vbertas nimia ſternit: rami one
re franguntur: ad maturitatē nō
ꝑuenit nimia fecūditas: Idē il/
lis euenit quos nimia felicitas co
C rumpit. De hmōi aūt mutabilita
te bene Gre. iij. regiſtri ante fi.
vbi ait. Dum omnia in hoc mū/
do mutabilitatiſ ordo corrumpit
nec eleuari ꝓſperis: nec frangi de
bemus aduerſis: vt humiliati
diſcamus quid deliquim⁹: ⁊ exal
tati: aduerſitatis memoriā: ſi hu
militatis anchoram teneamus.
Nihil eiꝫ ſtabile in hac vita. Sꝫ
hō vt viator modo ꝑ plana: mō
D ardua pergit. Nec eſt ira ſꝫ gr̄a:
per quam diſcimus: vt dei dona
tanto ſeruemus veri⁹ q̄to humi
les. Artem gubernandi: mare
tranquillum non oſtendit ⁊ obſe
quens ventus. Aliquod aduerſuꝫ
occurrat oportet: qđ animum ꝓ
bet. Turpis naufragij rectori: cui

gubernacula fluctus eripuit: qui
fluctuātia vella deſeruit. Ille vō
laudādus qui ꝑdictis reſtiuit ⁊c.
Et de hmōi mutabilitate Uale. E
li. vi. c. vltimo. Ubi narrat đ quo
dam: cui omnes conatus: placi
do exhibebant itinere: certum
cupite rei fatū apꝑhēdebat vota
nūcupabantur: ſimul ⁊ ſoluebā/
tur: velle ac poſſe in equo poſituꝫ
erat. Anulū quocꝫ de induſtria
in ꝓfundum ꝓiecit: ne ois inco/
modi expers eſſet: quem tamen
cōtinuo recuperauit: capto piſce
qui eum deuorauerat. Sed hūc
huius felicitas plenis ſemper ve
lis proſperū curſuꝫ tenuit: Oron
thes Darij regis prefectus: in ex
cellentiſſimo montis vertice cru
ci affixit: ibicꝫ putruit. Non igi/
tur multuꝫ cōfidendū in diutur/
na proſperitate: ex quo aduerſi/
tas ſepe ſubſeqtur. Et ibi narrat
de alijs diu ꝓſperatis poſtea ad/
uerſa paſſis. Ideo ibi concludit.
Caduca nimirū ⁊ fragilia pueri/ F
libus cōſentanea crepūdijs ſunt
iſta q̄ vires atqꝫ opes humane
dicuntur. affluunt ſubito: repente
dilabuntur. Nullo in loco: nulla
in perſona: ſtabilibus innixa ra/
dicibus conſiſtūt. Sed incertiſſi
mo flatu fortūe huc atqꝫ illuc ac/
ta: quos in ſublime extulerūt im
prouiſo recurſu deſtitutos: ꝓfun
do cladiuꝫ miſerabiliter imergūt G
Itaqꝫ nec eſtimari nec dici de/
bent bona: que inflictoꝝ maloꝝ

amaritudine: deſideriū ſuum du plicant. ¶ Ibi etiam narrat de Craſſo: cui pecunie magnitudo locupletis nomen dedit: ſed eidē poſtea inopia turpem dedecoris appellationem imiſit. Si quidez bona eius a creditoribus: q2 ſolidum pſare non poterat direpta ſunt: ꝛ amara ſugillatione nō caruit. Cūq3 egens ambularet: ab omnib9 contemnebatꝰ qui diues venerabiliter ſalutabatꝰ. ¶ Ibi-
H dē narrat de Caſſio: qui preture ſplendore: triumphi claritate: cōſulatus decore: maximi pontificis ſacerdotio functus: ita vt diceretur patron9 ſenatus: poſtea fuit carnificis manibus laniatus ante tocius fori Romani conſpectu ¶ Similiter d̄ Martio: qui in multis proſperatus: demū pſcriptus: ꝛ multis aduerſitatibus eſt afflict9. Jō ibi Vale. Quid hui9 conditione inconſtanti9: ꝛ mutabilius: quem ſi inter miſeros poſueris miſerrimus: ſi īter felices feliciſſim9 reperitur?. Et de multis talibus ibi bene. Non igitur gloriādū de proſperitate mundana: q2 vita ſecura q̄ſi mare mor-
I tuū: ait Sen̄. epl̄a. lxx. Et vbi eadem die luſerunt nauigia ſorbentur. ait ibi. Et munera fortūe ſunt inſidie ꝛ viſcata beneficia. ait idē epl̄a. i. Et. xcviij. Neſcis qua etate Hecuba ſeruire cepit. q̄ Creſſus qua darij mater? Qui. ſ. pus proſperati: poſtea aduerſis affli-

cti. Jō Augu. de verbis dn̄i ſermone. xiij. Magne virtutis eſt cum felicitate luctari: ꝛ nō ab ea K
vinci. Phil. iiij. In oībus inſtructus ſū. Scio humiliari et abundare ꝛ penuriā pati. Super quo Greg. ſuper Ece. Omel. vij. dic̄. Magna ars eſt ꝛ mire ſcie diſciplina: ac toto cordis nixu diſcenda. Scire ſuſtineꝛ proſpera ꝛ ad uerſa. Et ille magnus eſt: q blandientibus rebus ſecundis non ſeducitꝰ. ait Ber. ij. ad Euge. an̄ fi. Et de hac materia Sen̄. li. de ꝓuidētia quaſi per totū: vbi ait Fu L
gite diuitias: fugite eneruatiuam felicitatē: qua cū marceſcūt. Sequitꝰ. Cum oīa que modū exceſſerint noceāt: periculoſiſſima felicitatis intemperantia eſt que in vanas mentes ymaginationes euocat. Et ibi. Illos ge merito dixerit miſeros q nimia felicitate torpeſcunt: quos velut in mari lēto tranquillitas inhers detinet. Idē epl̄a. xxxvij. Res inquieta felicitas ipſa exagitat: mouet cerebꝛ M
non vno genere alios in aliud irritat. Hos in potentiā. hos in luxuriam. Hos inflat: illos mollit ꝛ totos reſoluit. Eſt enim ſicut vinum. q2. ſ. turbat. Nulli ergo magnificandi vel beatificandi propter mundi proſperitatē. ait Valꝰ. li. vij. c. ij. recitās dictū Solonis dicentis: neminē dū aduiuit btm̄ debere dici: quoadusq3 ipſuz fati diē ancipiti fortune ſubiecerim9.

N et ibidem. Interroganti quiſ nã
eſſet beatus: Anaxagoras reſpõ
dit. Nemo inquit ex his quos tu
felices eſſe eſtimas: ſed in nume
ro illo reperies qui a te miſeri cre
dũt. Nõ erit ille diuitijs aut ho/
noribus abundans: ſed aut ruris
exigui. aut nõ ambitioſe doctrie
fidelis ac pertinax cultor: in ſeceſ
ſu ꝙ̃ in fronte beatior.
¶ Caplm. ſcdm. De admõitiõe
exiſtentiũ in aduerſitate.
Ex his pꝫ: qualiter ſũt ad
e monẽdi ſuſtinentes ad/
uerſa. ſ. per oppoſituꝫ: vt
non grauentur nimis de aduer/
ſitate quam patiunt. Aduerſitas
O eni plus prodeſt tolerantibus pa
tienter ꝙ̃ ꝓſperitas ſicut probat
eleganter Boe. ij. de conſo. c. vl/
timo. vbi ait Plus hominibus
prodeſſe reor aduerſam fortunã
ꝙ̃ proſperã. Illa eni cum vr blã
da mentit: hec ſemper vera cuꝫ
ſe inſtabileꝫ monſtrat. Illa fallit.
hec inſtruit. Sequit. Illam vide
as ventoſã ſemꝑ fluẽtẽ: ſui ignar
ram. hãc ſobriam ſuccinctam ⁊
exercitatione prudenteꝫ. Illa de
uios a vero bono facit: iſta ad ve
ra bona illico retrahit. Et ſimi/
liter Sene. lib. de ꝓuidentia di.
ꝙ aduerſitas non eſt malum qđ
P noceat. ſ. bonis: qꝛ nil mali po/
teſt accidere bono viro. Nõ eni
miſcent contraria. ⁊ hoc qꝛ nulla
bona ſibi auferũt: in multis bo/
nis exercent: a malis. ſ. voluptati
bus ⁊ laſciuijs retrahunt: gliam
⁊ honorem accreſcunt: ſicut ꝺ oi
bus exemplificat ibi: vbi ait. Si/
cut amnes hymbreſ ⁊ fontes nõ
mutant ſaporẽ maris nec remit/
tunt: ita aduerſarũ rerũ impetuſ: Q
fortis viri nõ mutat animuꝫ: ſed
manet in ſtatu ſuo: ⁊ quicqđ eue
nit in ſui colorẽ mutat. Eſt enim
oibus exteris potentior. Sequit.
Oia aduerſa exercitationes pu/
tat. Athletas inquit videmus: q
bus cura eſt cũ fortiſſimis conſi
gare. Marcet eni ſine aduerſa/
rio virtus ⁊ tunc apparet ꝙ̃ta ſit
ꝙ̃tumqꝫ polleat. cũ qđ poſſit pa
tientia oñdit. Quicqđ accidit ho
mini conſulit ⁊ in bonum vertit.
Sequit. Pium aium habet de
us ad viros bonos. illos fortiter
amat: ⁊ vult: ꝙ operibus bonis R
⁊ doloribus plenis ac dãnis exa
gitent: vt veruꝫ colligant robur.
Nam matres volũt fouere in ſi
num filios. Languet inquit ꝑ in
hertiã ſaginata: nec fert vllũ ictũ
illeſa felicitas. Et ibi de hoc ꝑ to/
tum. Unde ait. Gaudent magni
viri rebus aduerſis nõ aliter ꝙ̃ S
fortes milites belli triũpho. Gu
bernatorẽ in tempeſtate: in acie
militẽ intelligas. Calamitas: vir/
tutis occaſio eſt. Illos merito gſ
dixerit miſeroſ g nimia felicitate
torpeſcunt. Ignis aurũ probat: ⁊
miſeria forteſ viros. Nõ ẽ arbor
ſolida nec fortis: niſi quã frequẽs T
ventus incurſat: Ipſa eni vera/

tione conſtringit. ⁊ radices celſi⁹
gignit. Et exēplificat ibi ð magnis
viris q multa ſuſtiuerūt aduerſa
Sicut de Demetrio q ait. Nihil
infelicius eo qui nihil aduerſi in/
uenit. Similiter ponit exemplū
de Mutio q ſuſtinuit ignē. De
Fabritio: q paupertatē. De Ruti
lo qui exilium. De Regulo q tor
menta. De Socrate q venenum
ſuſtinuit. Itē Señ de conſtātia
ſapientis ait: ꝙ quēadmodū quo
V rundā lapidū inexpugnabilis du
ritia eſt. Non eni ſecari adamus
vel cedi pōt. ſed oia incurrentia
retundit. Et quēadmodū ſcopu/
li in altū proiecti mare frangunt:
nec vlla ſeuitie veſtigia oſtentant
ſic aius ſapientis ſolidus id robo
ris colligit: vt tam tut⁹ ſit ab iniu
ria ꝙ̄ illa que retuli. Conſimilia
exempla ponit Criſo. ſup Mat.
Omel. xxiiij. Nullus inquit no/
cere pōt virtuoſo viro ſed multū
X proficere. Et ponit exempla. Qui
adamantem percutit ipſe eſt q p
cutit. Qui contra ſtimulos calci/
trat: ipſe ē q ſtimulat. Ligās ignē
in veſtimēto: flammā non conſu
mit ſed veſtimentū. Sic qui inſi
diat virtuoſis viris piclitat. Itē
Señ. iij. de ira. Ut tella aduro re
ſiliūt ⁊ cū dolore cedentis ſolida
feriunt: ita magnanimū aimum
nulla iniuria ad ſenſū ſui adduc
fragilior eo ꝙ percutit. Et ſubdit
cām. Ut ſuperior pars mūdi ⁊ or
dinatior ac ſideribus propingor

non impellit in tempeſtate: ⁊ oi
tumultu caret inferiora vero ful/
minant: eo modo aius ſemp ge/
tus in ſtatione tranqlla collocat.
Iō probat Señ. vbi. ſ. de cōſtā/
tia ſapientis ꝙ ſapiens nihil pōt
perdere: eoꝙ oia bona ſua in ſo/
lido hēt content⁹ virtuteq̄ fortu/
tis non indiget. Iō concludit: ꝙ
nō pōt fieri iiuria ſapiēti. Quod
exemplo confirmat Megetam
inquit Demetrius ceperat: ⁊ cū y
Seiphon phus eſſet interrogat⁹
vtrū aliqd perdiderit: nihil inqt
oia eni mea mecū ſūt: ⁊ tñ patri
moniū eius in predā ceſſerat: fili
os: hoſtis rapuerat patria i alienā
dñationē pueñerat ⁊ tñ vrbe ca/
pta: nō ſe victū ſꝫ indemnē teſta/
tus ē. Habebat. n. ſecū bona ſua:
⁊ diſſipata ac direpta non dicebat
ſua: ſed aduenticia ⁊ nutū fortūe
ſequentia: Et iō nō vt propria di
lexerat. Et exemplificat ibi de ali
is qui terribilia ſuſtinerūt nec in
eis defecerunt ſꝫ amplius profe/
cerunt. ¶ Monēdi ergo ſūt ad
uerſa tollerantes: vt patienter ſu
ſtineāt ⁊ conſiderent: ꝙ aduerſi/
tas vera bona non aufert: a ma/
lis ⁊ laſciuijs cohibet. a peccatis
purgat ⁊ premia cumulat: maxie
cum fidelis patienter ſuſtinet ꝓ
pter deū. Sicut ſacra ſcriptura te
ſtatur per totū: ⁊ ſicut patet exem Z
plis patrum. Iudith. viij. pr noſ/
ter Abrahā temptat⁹ eſt. Seqt
Sic Iſaac: ſic Jacob: ſic Moy/

ſes ⁊ oēs q placuerunt deo: per multas tribulationes tranſiere fideles Unde Tob.xij. Quia acceptus eras deo: neceſſe fuit vt tēptatio probaret te. Job.v. Beatꝰ q corripit a dño. Et.xij. Si impius fuero: vhe mihi eſt: ⁊ ſi iuſtus nō leuabo caput ſaturatꝰ afflictione ⁊ miſia. Ecc.xxvij. In igne ꝓbat aurū ⁊ argentū ⁊c. Vaſa figuli probat fornax. Et Hebre.xij. Quē diligit deus caſtigat. Et de hoc Augu.i.de.ci.c.x. Sicut ſub
A vno igne aurum rutilat: palea fumat: ſub eadē tribula: ſtipula cōminuit ⁊ frumēta pregnant: ſimiliter in ꝑlo oleū a murca ſeparat. Itē vna eadē vis irruens bonos purgat: malos eliquat: dānat: vaſtat: ⁊ exterminat. Et de hoc multum Greg.mor.xxvj. Super illud Job.xxxv. Qui dat carmina i nocte. Ubi ait. Nihil iniuſte patimur. Carmē in nocte eſt: leticia in tribulatione. Et Aug. ↄtra fauſtum.xxij. Nullus hoīum ſic iuſtitia predítꝰ eſt cui nō ſit neceſſaria tēptatio tribulationis: vel ad
B perficiendā virtutē: vel ↄfirmādam ſeu approbādā. Et idē epla xlvij.di.ꝙ tribulatio eſt ad humiliationē ſuperbie: ad probationez patiētie ad ablationē culpe. ¶ Fidelis ergo nō debet grauari: nec deſperare de aduerſitate vel tribulatione. Cuz etiam de Saluatore dicat Luc.vltimo. Oportuit pati xp̄m.⁊c. Et cū ipſe dicat ele-

ctis ſuis: poteſtis bibere calicē quē ego bibiturus ſum. per calicē enī peruenit ad maieſtatē ⁊ per amarū poculū confeſſionis: ad gaudium ſalutis. ait Grego. ſup euāgelium li.ij.omel.iiij. Unde electi ab initio paſſi ſūt aduerſa. Job iij. Frater fui draconum ⁊c. Ubi mor. Greg. ait. Nullus perfectꝰ C
eſt qui inter mala proximorū patiens non eſt. Et exemplificat de Abel ⁊ Caym: de filijs Noe de filijs Iſaac: de aplīs. Et ſubdit. ꝙ ſicut in tritura grana paleis premuntur. ⁊ inter ſpinas roſe redolent: ſic iuſti premunt a malis: ⁊ tū creſcunt ⁊ redolent. Nō igit ꝓſperitanbus pollentes bt̄ificandi ſunt propter hoc: nec aduerſa ſuſtinentes: miſeri reputandi: etiaz teſtimonio demonū: ait Ual.lib. vij.c.i.dt.ꝙ cū rex Giges regno Lidie armis ⁊ diuitijs abundantiſſimo inflatꝰ animo Apolinem Phitiū ſiſcitatū veniſſet.ſ.ſtatuam Apolinis in qua demon rēſ- D
ſa dabat: an aliqſ mortaliū ſe eſſz felicior: demon ex abdito ſacrorꝫ ſpecu emiſſa voce Aglaum Sophidiū ſibi pretulit. Is erat Archadū pauperimus: etate iā ſenior: terminos agelli ſui nunꝙ exceſſerat: paruli ruris fructibꝰ contentꝰ ⁊ ſeqtur. Inſolenter fulgore fortune ſue glorianti reſpondit: ſe magis approbare ſecuritate ridētē tugurium: ꝙ̄ triſtē curis ⁊ ſollicitudinibus aulam: paucaſqꝫ glebas

pauoris expertes q̄ pinguiſſima
lidie arua: metu referta: ⁊ vnum
aut duo iuga bouū facilis tutele
q̄ exercit⁹ ⁊ egratus ⁊ arma vo
racitatib⁹ onerosa: ⁊ vſus horeo
li nulli nimis appetendi. q̄ the-
ſauros. hominū inſidijs ⁊ cupidi
tatibus expoſitos. Itaq̄ Giges:
dū aſtipulatore3 vane opinionis
deum hēre cocupiuit: vbi na3 ſo
lida ⁊ ſincera eſſet felicitas didicit
E hec ille. Si ergo demon dat teſti
moniū veritati: q̄ non in proſpe-
ritatib⁹ ⁊ affluentijs eſt felicitas
nec in pauptate ⁊ aduerſitate mi
ſeria: fideles non illas appetant:
nec de his glientur inaniter: nec ꝓ
pter iſtas grauentur vel deſperēt
inordinabiliter. Melius eni3 eſt
parum cu3 timore domini q̄ the
ſauri magni ⁊ inſatiabiles prouer
uer. xv. c.

¶ Octaua diſtictio. De admoni
tiōe hoīu3 ſm dr̄ias ꝯplexionu3
¶ Capl'm. primū. De admōitio
ne exiſtentiū in ſanitate.

F Similiter admonendi
ſunt hoīes ſm differē
tias complexionum:
Et primo admonen-
di ſūt exiſtentes in ſa
nitate: ne ipſa abutantur: ⁊ fructuo
ſis operib⁹ exerceantur: merita cu
mulent: ⁊ in celis premia theſau
rizent. Et de his Greg. vij. paſto
ſtoralis. c. xxiij. Ubi ait. Admo-
nendi ſunt incolumes: vt ſalute3
corporis exerceant ad ſalute3 mētis:
ne ſi accepte incolūitatis gra
tiam ad vſum nequitie inclinent
dono deteriores fiant: ⁊ ne opor-
tunitatē ſalutis promerende eua
cuent. prouer. v. Ne des alienis
honorē tuū ⁊ annos tuos crude
li ne forte impleāt extranei virib⁹
tuis. ⁊c. ps Fortitudinem meam
ad te cuſtodiam. Ecc. xi. Letare
iuuenis in adoleſcentia tua: ⁊ in
bonis ſit cor tuū in diebus iuuen
tutis tue. Ecc. xxv. Que in iuuen
tute tua nō congregas quomodo
inuenies in ſenectute tua? ¶ Si
militer admonendi ſunt: ne ſani
tatē ſuā deſtruāt voluptatibus ⁊
laſciuijs gule ⁊ ebrietatibus: ⁊ ne G
ſint homicide ſui. Multos eni3
morbos multa fercula faciūt: ait
Señ. ep'la. xic. Et ibidem. Innu
merabiles eſſe morbos non mi
raberis. Coquos numera: Sed
antiquitus non fuit ita: q2 medici
na paucarū ſcia fuit herbarū. At
poſt inuente ſunt mille conditu-
re quib⁹ auiditas excitaretur: ⁊ que
deſiderantibus alimenta erant:
onera ſunt plenis. Inde palor: ⁊
neruoru3 vino madentiū tremor
⁊ miſerabilior ex cruditatib⁹ q̄
ex fame macies. Inde tormenta
oculorū ⁊ auriū ⁊ innumerabiliū
febrium genera. Et ſic de alijs ꝓ
ut enumerat ibi bñ. Ecc. xxxvij. H
Propter crapulam. multi perie
runt. Qui aūt abſtinens eſt addi
ciet vitam. Et ibi in multis cibis
erit infirmitas.

¶ Capitulum ſecundum. De in
formatione exiſtentium in infir
mitate.

Contrario ſunt admonẽ
e di infirmi: vt eo ipſo ſe fi
lios dei ſentiant: quo eos
flagello diſcipline caſtigat pver.
I iij. Ne fatigeris: cũ a deo corripe
ris. Et. ij. Liuor vulneris abſter
get mala: put expõit Greg. iſtas
auctoritates v bi. s̃. Sunt igit ad
monendi de patiẽtie longanimi
tate: de gratiarũ actiõe ſaluatri in
caſtigatione filiali. vt enim legit
in vitis patrum li. iij. pte. vij. de q̃
dam fratre q dicebat. Si infirmi
tas nobis moleſta fuerit non con
K triſtemur: q2 non poſſumus ſta
re ad orandum ⁊ pſallendũ. hec
enim oĩa ad deſtruenda corpo
ris deſideria ſũt. Seqtur. Sicut
magno ⁊ forti medicamine egri
tudo. ſ. corporis curatur: ſic egri
tudine corporis: vitia aie reſcin
duntur. Et hec eſt magna virtuſ
qñ in infirmitate tollerantia eſt:
⁊ gratiaꝝ actiones mittunt ad de
um. Si amittimus oculos: non
feramus grauiter: excellentie eni
inſtrumentũ amittimus: ⁊ ſic de
alijs. Et ſi infirmitas totũ corp⁹
tenet in iteriori hoie charitas cre
ſcat. Cui concordat quod legit li.
L iiij. hyſtorie tripartite de btõ An
tonio alloquente Didimũ: q cuz
eſſet paruulus: occulos amiſerat
cui deus p corporalib⁹ ſpũales ꝺ
dit. Regulas enim grãmatice ⁊
rhetorice didicit ⁊ alias ſcias: no
uum ac vetus teſtm̃ cognouit ⁊
libros edidit. Cui fert antoni⁹ di
xiſſe. Nũ te pturbet amiſſio ocu
lorum ſenſibilium. Tales eniz ti
bi ꝺ ſunt quibuſ muſce ⁊ pulices
carere poſſunt. Sed gaude poti⁹
qm̃ tales hẽs quibus angeli co
gnoſcuntur: ⁊ deus inſpicit. Itez
Hiero. epla. lxvj. Non doleas ſi
non habes qꝺ formice: muſce ⁊
ſerpentes habent. ſ. oculos carna
les. ſed illum te habere letare de
quo Cant. iiij. Vulneraſti me in
vno oculoꝝ moꝝ. Idem ait epla
lxxvj. repetens dcm̃ Antonij ad
Didimum. Et ſicut fidelis nõ de
bet grauari: ſed patiẽter ſuſtinere
amiſſionẽ occulorũ: ſic ⁊ alias in
firmitates. Unde ⁊ ſancti reputa
bant: ſe in infirmitatibus a domi
no viſitari. Sic legit in vitis pa M
trum. li. iij. pte. vij. de quodam ſe
ne qui frequenter egrotabat. Cõ
tigit aũt: eum vno anno nõ egro
tari. Et affligebat plorãs ⁊ dicẽs
Dereliquit me deus: ⁊ nõ viſita
uit me. q2. ſ. non fuerat infirmus
¶ Similiter ſancti volebãt eſſe
ſemper infirmi ad ſui emẽdatio
nem. Unde in vitis patrum pte
i. df de fratre q noluit comedere
in infirmitate di. ꝙ volebat eſſe
in ipa ifirmitate per tres annos
vt ampli⁹ mereret. Infirmi eniz N
gratias agentes deo ſunt hono
rabiles apud deum. Unde in vi
tis patrum v bi. s̃. habetur: de ab

bate q dixit tres ordines eſſe ho- norabiles in cõſpectu dei. Pri- mus qñ homo infirmat: ⁊ addu cunt ei temptationes: quas cum gratiarũ actione ſuſcipit. Secun dus cũ homo oĩa opera ſua mũ- da facit corã deo nihil habẽs hu- manũ. Tertius qñ aliqs ſedens in ſubiectione patris ſpũalis: oĩ- bus ꝓprijs renuntiat volũtatibꝰ. Et parte .iiij. dixit ſenex: ꝙ ſi ſint tres ſimul: ex qbus vnus bñ qe ſcat: alius īfirmet: ⁊ gratias agat: tertius eis miſtret cuꝫ ſincera vo lũtate: hi tres ſimul: velut vnius operis ſunt. Egroti ergo ſic ſuſti nentes immiſſam egritudinem: ⁊ gratias agentes ſũt honorabiles apud deum. Unde legit in vitis patrum parte .vij. vbi .ſ. ꝙ deus miſit angelum ad miniſtrandũ ſeruo infirmo non hñti q miſtra ret ſibi. Merito igit egri debent patiẽter ſuſtinere infirmitates ob dictas vtilitates. ¶ Sunt etiã ad monendi: vt preparent corda ſua deo ad inhabitandũ ⁊ tranſeun- dum cuꝫ eo in regnũ ſuũ. Luce. xij. Beatus ſeruus quem cũ ve- nerit dñs ⁊c. Ubi Grego. Uenit dñs cum ad iudicãdũ properat pulſat vo: cum per egritudis mo leſtias: mortem vicinam denun- tiat. Cui confeſtim aperimus: ſi hunc cum amore ſuſcipimꝰ. ⁊ ſic infirmi corpore ſunt admonẽdi: ꝙ infirment mente per verã hu militatẽ. De qua ps. Pluuiaꝫ vo- luntariã ſeggregabis deus. i. cele ſtem graã. Et infirmitas eſt. deffi ciendo in ſe per humilitatẽ: ⁊ deſ perando de viribus proprijs: vt eum amplius deus ↄfirmet. Nã virtus in infirmitate perficitur. i. cor. xij. Seqtur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis ſ. mentis ⁊ corporis: modo dicto vt inhabitet in me virtus xpi. Li cet igit alijs varijs modis poſſint hoies admoneri qz tamẽ de illis Gregorius .ij. paſtoralis ſuffici- enter tractat, hec ad preſens ſuf- ficiant.

¶ Quarta pars principalis. De republica eccliaſtica.

¶ Prima diſtinctio. De clericis in communi.

¶ Caplm primũ. Que ſunt mẽ bra reipublice eccleſiaſtice.

Remiſſis varijs au- ctoritatibus: narratio nibus ⁊ exemplis: ex qbus euangelicus p- dicator habere põt occa ſionem inſtruendi hoies illitera- tos ⁊ coferendi: cum eis hedifi- cauerit ſm diuerſitatẽ dignitatuꝫ graduũ: ſiue ſtatuum: ⁊ miniſtro rum: ſiue qꝫtum ad conditiones eorũ abſolutas ⁊ proprias ſeu di- ſtinctas: vt in prima pte: ſiue qꝫ- tum ad mutuas colligationes: vt in .ij. ſiue qꝫtũ ad cõmunes con- ditiones ſingulis vt in .iij. in hac iiij. parte: ſũmo magiſtro dirigen te colligant auctoritates narratio

nes ⁊ ex qbus predicator aposto licus amplius poteſt habere oc caſionem informandi hoies litte ratos ⁊ eccliaſticos: ⁊ vtiliter con ferendi cum eis. Et qꝛ ex talibus pſonis conſiſtit reſpublica ⁊ eccle
R ſiaſtica: cuiꝰ caput eſt ſūmus pō tifex. ꝑut ait Hugo. ij. ḋ ſacramē tis. ꝑte. ij. c. iiij. vi. ꝙ ſpūalis ꝑtās caput habet ſūmū pontificē: ipſi ſſimo pontifici ꝑnt adaptari que dicta ſunt ſupra ꝑte prima de ca pite reipublice ciuilis. ſ. de princi pe; ⁊ eo excellentius ⁊ perfectius quo ipſe ſūmus pontifex: caput ē oiuꝫ. Et ea que dicta ſunt de ocu lis: auribus: corde: manibꝰ ac pe dibus poſſunt adaptari mem bris reipublice eccleſiaſtice: ⁊ eo ſimiliter ſublimius ⁊ perfectius quo ꝑtās eorū eſt ſublimior ⁊ per fectior. vt enim ait Hugo. vbi. ſ.
S ſpūalis poteſtas: terrenā inſtitue re hēt vt ſit: ⁊ eam iudicare ſi bo na non ſit. Et tāto dignior eſt ꝙ terrena ꝙto ſpūs ꝙ corpus ⁊ ṗ or eſt tempore: ⁊ dignitate maior ait ibidem. Sed qm̄ perſcrutator maieſtatis opprimet a gloria. ꝑ uer. xxv. tāꝙ inſcius ⁊ inexpertꝰ nō preſumo deſcribere quales de beant eſſe ſūmus pontifex: ⁊ ſū mi prelati poſt eum. Quales tñ eſſe debent deſcribit bene Ber. i libris. ſuis ad Eugeniū. Et lꝫ ſit vnū caput ecclie. ſ. ſūmus ponti fex. qꝛ tñ qlibet epiſcopus dioce ſanus eſt ad modū capitis in ſua dioceſi: nūc videndum eſt qua lis debet eſſe epiſcopus: ⁊ quales clici ſub eo debeant eſſe: ex qbus reſpublica eccliaſtica cōſtituitur: incipiendo. ſ. ab inferiori: vidēdo primo quales eſſe debent clerici: deide quales epi q ex illis eligūt.

¶ Poteſt igit eṗs adaptari capi ti. Archidiaconi qui imperāt ſub diaconis ⁊ leuitis: ad quorū curā pertinet parochiarum ordinatio: ꝑut ait Hugo de ſacris. li. iij. ꝑte iij. c. xvj. vbi de officio archidia coni. Adaptari poſſunt auribꝰ ⁊ oculis. Judices cōſtituti in repu blica eccleſiaſtica. ⁊ oratores poſ ſunt adaptari ori. Canonici ṽo q̄ rum ē eligere epiſcopū ⁊ epiſco pi conſiliarij adaptantur cordi. Officiales ⁊ Decani eccleſiam protegentes adaptanṫ manibus. Sacerdotes ṽo parochiales: ⁊ ꝑ ſone eccleſiaſtice in ecclijs reſidē tes pedibus congrue adaptātur. Et his oībus cōgruūt que dicta ſunt ſuperius ꝑte prima de mē bris reipublice ciuilis: ⁊ modo ꝑ fectiori ⁊ ſpūaliori. cū ipſi ſint ſpi rituaiores ⁊ perfectiores. Sed ibi inceptū eſt a capite ratione digni tatis. ⁊ qꝛ de nobiliori genere cō ſueuit eſſe princeps ꝙ papa: ⁊ ex ſucceſſione vt ſepe debeṫ principa tus: iō ibi proceſſum eſt deſcen dendo a capite ad membra tan ꝙ a digniori. hic aūt econuerſo.

¶ Capl̄m ſecunduꝫ. De clericis in cōmuni: ⁊ quales eſſe debent

esse debẽt ⁊ de ſigno clericali qḋ
eſt corona.
Aueant igit̃ clerici ⁊ ad/
c uertant ſe defferre in ca
pite ſignum regium: ſuo
X nomine profiteri diuinũ miniſte/
rium: ⁊ ſua tonſura teſtificari: ſe
eſſe contemplatores diuinorum
ſecretorum: ne. ſ. ſeruiant peccatꝭ:
⁊ conculcent a Sathana: ⁊ abſor
beantur a ſecularibus negotijs ⁊
cauſis ne ḋ eis verificetur illud
tren. iiij. Qui nutriebant in croce
is amplexati ſunt ſtercora. Tõſu
re autem eccleſiaſtice vſus a naza
y reis ortus eſſe putat: q prius cri/
ne ſeruato: deinde ob vite conti/
nentiã caput radebãt: ⁊ capillos
i igne ſacrificij ponebãt. numeri
vi. prout di. Hugo vbi. s̃. c. ij. Et
hoc ſigno: vitia in eorum corde
⁊ opere pullulantia preſcindenda
dicebantur: ait ibidem. Magna
ergo diligentia debent ſtatutũ ſu
um clerici cuſtodire modo dicto
Multum eni indecens eſt ſi co
rona regia ſit corona ſuperbie: vł
ſi ſit corona arrogantie: quã con
fringet dominus ibidẽ. vel ſi ſit
Z coma vel corona iactantie: cum
clerici prohibeantur nutrire co/
mam. i. cor. vij. vir ſi comã nutri
at: ignominia eſt illi. vel ſi circũ/
ponantur ornamenta laſciuie vł
luxurie: que etiam mulierib⁹ pro
hibentur. i. Pe. iij. Quarum ſci
licet mulierum: non ſit extrinſec⁹
capillatura aut circundatio auri.

⁊c. In magno honore debẽt ſer/
uare capita ſua: in quib⁹ eminet
regale decus: vt dictum eſt. s̃.

¶ Capitulũ. iij. De ſeptẽ gradib⁹ clericoꝝ. Et primo de hoſtiarijs.

Oruʒ autem. ſeptẽ ſunt
h gradus ſiue ꝓmotiones
graduũ: quibus ꝑ ſpũa
lez poteſtatem alti⁹ ſemꝑ ad ſa/
cra tractanda aſcendit clericus ſi
ue eccleſiaſtic⁹: ait Hugo. vbi. s̃.
Primus autem gradus eſt ho/
ſtiariorum: quoꝝ officiũ eſt. cla/
ues eccleſie deferre: eam claude/ A
re: ⁊ aperire horis competenti/
bus ſicut templũ dei: que inter/
ſunt cuſtodire: fideles recipere:
excõicatos eicere. hoc officio di/
gnatus eſt dñs vti: quando ven
dentes ⁊ ementes de templo eie
cit Math. xxi. ⁊ Io. ij. Ipſe etiaʒ
de ſe ait. Io. x. Ego ſum hoſtiuʒ.
hoc eniʒ offm̃ excellens eſt digni
tate: ideo exercendum cum dili/
gentia ⁊ ſollicitudine.

¶ Capitulum quartum. De ſecundo gradu ſcilicet lectorum.

Ecũdus gradus eſt lec/
ſ torum: qui verbum dei
annũciant. ⁊ ideo debẽt
eẽ ſcientia ꝓditi: vt intelligãt ſen
ſum eoꝝ que legũt: vel accentuũ
in pronunciatione rõnem agno
ſcant: diſtincte legant: ne ꝯfuſio/
ne pronunciationis: intellectum
auditoribus tollant. Conſiderẽt B
qḋ ſit indicatiue legendum: qḋ
interrogatiue ꝓnunciandum. et

vox lectoris: auribus et corde conſiderari debet non oculis: ne motu vel geſtu indiſciplinato: ſpectatores potiꝰ ꝙ̄ lectores ſeipſos faciant. Cum aūt hi ordinātur: de vita eoꝝ fide et ingenio epiſcopꝰ ad populum verbū facit. et vidente populo: ab eo codex eis traditur

C et dicitur. Accipite: et eſtote verbi dei delatores: hi habent poteſtatem recitandi propheticas et apoſtolicas lectiones: vt ait Hugo vbi.ſ.c.vi. loquens de his omnibus. hoc officium eſt excellēs dignitate. Si enim magne eſt dignitatis habere poteſtatem recitandiꝰ victorias regum coraꝫ magnatibus eorum: multo maioris ē dignitatis recitare laudes et victorias regis eterni. Et ſi recitato

D res laudum et victoriarum regis terreni recitant cum diligentia et ſollicitudnie multo magis iſti facere debent. hoc officio dignatus eſt dominꝰ vti quādo in medio ſeniorum librum Iſaie prophete legit. vi. Spūs dñi ſup me Luce.iiij. Ex quo datur intelligi ait Hugo: ꝙ gratia ſpirituali clarere debet q verbū dei annūciat.

¶ Capitulum.v. De tertio gradu ſcilicet exorciſtarum.

T Ertius gradus eſt exorciſtaꝝ qui habēt ſpeciale imperiū ſuper ſpūs imūdos: vt eos eiciant de corporibꝰ hi librum accipiūt de manu epi cum ordinant. De quibus.i.cor. xij. Nunqd omnes: donationes habent ſanationum? hoc offitio vti dominus dignatus eſt qñ tetigit manu aures et linguam ſurdi et muti. dicens. Effeta: qḋ ē adaperire: Mat.vij. Similiter hoc officiū exercuit quando ḋ Magdalena ſeptē demoniaeiecit. Marci.xiiij. Iſtud ergo offiñ excellit poteſtate magna. Ideo cauēdū eſt talibꝰ: ne imundus ſpūs habitet in cordibus eoꝝ quoꝝ eſt illuꝫ expellere de corporibꝰ alioꝝ.

¶ Capitulū.vi. De quarto gradu ſcilicet acolitorum.

Q Vartus gradus eſt acolitoꝝ: qui latine ceroferarij dicūt: q accenſos cereos defferunt dū legitur euangelium et offertur ſacrificiuꝫ. Et hoc ideo: non vt tenebras aeris illuminēt: ſed vt ſicut viſibile lumē manibus geſtant: ita bonis operibus ſuis proximis lumen oſtendant: et errantibꝰ in tenebris ducatum prebeant: hoc offiñ dominus ſe habere teſtatus eſt: quādo ait. Io.viij. Ego ſum lux mūdi. Quiꝰ ſequit me non ambulatꝰ in tenebris: ait Hugo vbi.ſ.c.viij.

¶ Capitulū.vij. De quinto gradu ſcilicet ſubdiaconorum.

Q Vintus gradus eſt ſubdiaconoꝝ: quoꝝ offiñ eſt: oblatiōes ponere in altari pallas et ſubſtratoria lauare vaſa ſacra tractare: circa altare miniſtrare. Quibꝰ dicitur. Iſai.51.

Mūdamini q ferṫis vaſa dñi. hoc officio dignatus eſt dñs vt: quādo linteo ſe precinxit: ⁊ lauit pedes diſcipuloꝝ. Jo. xiij. Magna ergo dignitas huius officij. Si eniꝫ excellentis dignitatis eſt ꝑparare linteamina regia: ⁊ ſub eo ſtare: lectū parare ⁊ ſibi in mēſa miſtrare: multo maioꝛ dignitas ē: pallas ⁊ ſubſtratoꝛia ſacra lauare: tractare ⁊ preparare ſub corpore domini: ⁊ ante ipſum in altari miniſtrare. Ideo multū neceſſe eſt talibus: vt ſint mūdi: puri: ⁊ ſancti. Propterea placuit ſāctis patribus: vt q: tales miniſteria ſacra tractant: legem ꝯtinētie obſeruent: ait Hugo vbi. ſ. c. ix.

¶ Capitulum. viij. De ſexto gradu ſcilicet diaconorū

ipe elegit ⁊ preciosam ōndit. Cū N
omnia relinquere propter xp̄um
sit melius: q̄ monasteria extrue
re: vel pauperes sustentare: vt ait
Hiero. epistola. cxv. loquens ad
Nepotianū. Extruis inquit mo-
nasteria multis a te per insulas
Dalmatie pauperuꝫ numerus su
stentatur. Sed melius faceres: si
⁊ ipse sanctus inter sanctos viue

res. Sequit. Apl'i gl'iantur: φ oīa dimiſerunt: ⁊ ſecuti ſunt ſaluatorē Et certe preter rhetia ⁊ nauēʒ nihil eos legimus dimiſiſſe: ⁊ tamē testimonio futuri iudicis coronātur: φ ſe offerentes: totum dimiſerant qđ habebant: Plane ergo h ait: meli⁹ eē relinquere omnia ꝑpter deū: ꝗ̄ expendere res poſſeſſas in vſus pauperum ſiue in extructionē monaſterioꝝ. Nō enim ſoluʒ retribuit deus pauperi voluntario propter deum ꝗ̄titatem eorum que reliquit: ſʒ eorum que cōcupiſcere potuit. Vn̄ Greg. ſuper euan. li. i. Omel. v. Multum dimiſit q ſibi nihil retinuit. Sequitur. Tanta a ſequentibus ſunt dimiſſa: quanta a non ſequentibus concupiſci potuerūt Multum ergo dimiſit: q cuʒ re poſſeſſa oī concupiſcentie renunciauit. Sed innumerabilia regna poſſunt concupiſci. Qui ergo ꝑpter deum ſua dimiſit: ⁊ nihil cōcupiſcit: iudicandus eſt: multa regna propter deum dimiſiſſe. Jō merito retribuenduʒ eſt ſibi regnuʒ celoꝝ̄. Mat. v. Beati pauperes ſpū: qm̄ ipſorum eſt regnū celorum. Et ideo ad vitā religioſam hortat Hiero. in multis locis. Sicut ep'la. xxxiiii. vbi ait. Licet paruulus ex collo pēdeat nepos: licʒ ſparſo crine: ⁊ ſciſſis veſtibus: vbera quibus te nutriuit mater oſtendat: lʒ in limine pater iaceat: per calcatū perge patrem: ⁊ ſiccis oculis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis genus in hac re eſſe crudelem. Sequit. Gladiuʒ tenet hoſtis: vt me perimat: ⁊ ego de matris lachrymis cogitabo? Propter patreʒ xpi militiā deſeram: cui etiam ſepulturam: xpi cauſa non debeo? Mat. viij. Item Hiero. epiſtola lix. aduerſus vigilantiū. Quod aſſeris: melius eoʒ facere q vtūtur rebus ſuis: ⁊ paulatim fruct⁹ poſſeſſionum diuidunt: ꝗ̄ eos q poſſeſſionibus vendidatis ſimul omnia largiūt: tibi nō a me ſʒ a dño Respondet. Mat. xix. Si vis pfectus eſſe: vade vende oīa que habes: ⁊ da pauperibus. Jd cuʒ loquit q vult eſſe perfectus: q cuʒ apoſtolis patrem: ⁊ naueʒ: ⁊ rhete dimittit. Sed inqs. Si omnes ſe recluſerint: ⁊ in ſolitudine fuerint: qs celebrabit eccl'ias? Quiſ hoies ſeculares lucrifaciet? Cui Hiero. Si omnes fuerint tecuʒ fatui: quis erit ſapiēs? Et ſuperaddit. Rara eſt virtus: nec a pluribus appetit: ⁊ vtinaʒ eſſent omnes q pauci ſunt. Multi enī ſūt vocati: pauci ꝟo electi. Jnſinuat ergo: φ hoc eſt virtus. ſ. vendeꝛ oīa ⁊ ſequi xp̄m: reſpectu ei⁹ qđ eſt celebrare miſſas. ⁊c.

¶ Cap'm tertium. De diſtinctione religioſorum antiquorum

Merito ergo vita religioſa appetēda que eſt vita diuina ⁊ apoſtolica: vt ī ea ſeruia

ſeruiat deo in tranquillitate: quaꝫ
appetiere ſancti antiqui in egypto:
⁊ deinde per totum mundū. De
quib⁹ ⁊ coꝝ vita Hiero. ad Eu-
ſtochiū epl'a. lxxxviii. vbi ait: ꝙ
tria genera mōachoꝝ in egypto
fuerūt ſcilicet Cenobitaꝝ q cōi-
V ter viuebant Anachoritaruꝫ: q
ſoli in deſertis degebant. Et alio
rum. quoꝝ genus dicitur remith
lingua coꝝ: qui bini vel trini ſi-
mul habitabant. De primis: ⁊ de
vita eorum ait ibidem: ꝙ nullus
in cibo ſtrepitus: nemo ibi loqui
X tur: viuitur pane: leguminibus:
⁊ oleribus que ſolo ſale condiū-
tur. vinū tm̄ accipiūt. Et alia ibi
de eoruꝫ vita: qualis ait Philo
ſuperius. vnde ibi Hiero. Tales
Philo: tales Joſephus in ſecū
de captiuitatis hyſtoria refert. vi
te vo Anachoritaruꝫ auctoꝛ fuit
Paulus: illuſtratoꝛ Antonius:
pnceps Joānes Baptiſta vt ait
ibi. Digna eſt igitur ⁊ excellēs vi
Y ta religioſa. ¶ De cui⁹ excellētia
oſtenſum fuit Anſelmo cuꝫ eſſet
quaſi in extaſi: prout dicit libro d
ſimilitudinibus in fi. Ait eniꝫ ad
eū angelus. vis videre: quis eſt
verus monachus? Et ille volo.
Et duxit eū: quaſi in ꝯſpectu ma
gni clauſtri ⁊ ſpecioſi. ⁊ ait Cir-
cūſpice. Et aſpexit: ⁊ erant parie-
tes obducti auro ⁊ argento puriſ
ſimo: herba i medio viret: ⁊ ipa
argentea mollis ⁊ redolens: ⁊ vl
tra humanam opinioneꝫ delica
ta. Cumq; ibi perpetuo habitare
eligeret: ductoꝛ eius ſibi ſpopon
dit: ſi vellet: ſe veram oñſurū pe
nitentiam poſſe ibi habitare. Et
tunc euigilauit. Quam viſioneꝫ
ſibi deus oſtendit: vt eſt pie cre-
dendū ad ſui ſolatiū: ⁊ aliorum.
exemplū. Admonendi ſunt ergo
religioſi: vt cōſiderantes religio
nis ſue dignitateꝫ: digne ⁊ hono
rifice viuant in ea.

¶ Capitulū. iiij. De tribus in q-
bus religio cōſiſtit.

c COnſiſtit autem vita reli
gioſa principaliter in tri
bus. In voluntaria pau Z
pertate. In ſincera caſtitate. In
obedientie ſubiectione. In quo-
rū figura dictū eſt Abrae Geñ.
xij. Egredere d terra tua: ⁊ de co
gnatione tua: ⁊ d domo pris tui
In his enim trib⁹ conſiſtit vite
religioſe pfectio. ſ. In amoris ab
infimis eleuatione. In cordis ⁊
interiorum reformatione: ac libi
dinū cohibitione. In deo ⁊ ſum
mis adheſione. ait Aug. epiſtola
lxxiij. Et ſummū eſt ipſa dītas:
infirma natura: nec beatum nec
miſerum eſſe poteſt quod media
inclinatione ad īfimū: miſera cō
uerſione ad ſummum bīe viuit.
Qui ergo in xpm credit: nō dili
git infimū: nō ſuperbit in medio A
atq; ſummo īherere: ⁊ ita fit ido
neus. In his igitur tribus eſt re
ligionis perfectio: vt dictum eſt:
Paupertas vo volūtaria ppter

ſcḋm aſſumpta fundamentū eſt. vnde ⁊ ſaluator loquens de beatitudinib⁹: ⁊ eaꝝ meritis: ꝓmiſit: beati paupes ſpiritu ⁊c. Mat. v. innuēs ꝑ hoc: ꝙ pauptas eſt fundamentū virtutū et beatitudinū.

Capitulū qntū ꝺ pauptate ad quā ſe obligāt religioſi.

a Ad hanc paupertatē obligant ſe religioſi ſcḋm exigentiam ſui ſtatus. vł ad nil habendū ꝓpriū nec in cōi: nec in ſpeciali: ſicut obligant ſe illi qui ſunt huius mee profeſſiōis

B ſcilicet beati. Franciſci. vel ad nil habendū ſaltē propriū in ſpeciali: ſicut obligant ſe illi qui pñt habere in cōi: licet nullus poſſit habere ꝓpriū. Omnes ergo ne ſint preuaricatores voti: ⁊ ſue profeſſionis: ⁊ ſic rei ꝺānationis: cū ſumma diligentia ⁊ ſollicitudine ſtudeant ſeruare paupertatē quā profeſſi ſunt: exemplo ſanctorū patrum ſcilicet beati Benedicti

C beati Franciſci. ⁊ aliorū. Et hoc merito. vt enī legitur in vitis patrū li. ij. parte. vi. Theſaurus monachi eſt voluntaria paupertas. Sicut enim habēs theſaurū ſollicite cuſtodit: ne vel omnino auferatur vel diminuatur: aut modo aliquo violetur: ſic religioſus profeſſor paupertatis: ex voto: ꝑ exigentia ſui ſtatus debet ſeruare ſollicite paupertatē. vnde narrat Gre. iij. dial. de abbate Iſaac: ꝙ

D offerentibus poſſeſſiones dicebat. Monachus q poſſeſſionē in terra querit: monachus nō ē. Sic quippe metuebat ſue paupertatis ſecuritatem perdere: quō diuites auari ſolent perituras diuitias cuſtodire. Hic enim erat verus amator paupertatis. De beato quoq Franciſco qualiter fuit ſancte paupertatis amator obſeruator: ⁊ cultor: facta ſua: mundo manifeſtant. ⁊ in vita ſua in parte legit. Conſimilr ꝺ ſanctis antiquis: vt patet in vitis patrū vbi

E ꝰ. Sicut de quodā q euangeliū vendidit in pauperum nutrimēto di. Ipſum verbū vendidi qḋ iubet omnia vendi ⁊ dari pauperibus. Nec ſolū pauptatis exempla emicuerūt in ſanctis ſed etiā in principibus gentilibus: vt ait Uale. lib. iiij. c. iij. loquens de Fabritio: qui refutauit aurum ⁊ argentū ſibi miſſum: ⁊ alia ꝑcioſa: de quo dicitur ibi: ꝙ continentie

F ſue bñficio ſine pecunia ꝑ diues erat: ſine vſu familie habēde comitatus: q: locupletem eū faciebat non multa poſſidere: ſed modica deſiderare. Et ibi de multis talibus principibus qui diuitias refutabant: ⁊ quaſi dedignabantur: eas habere. vnde Sen. libro

G de prouidentia dicit: ꝙ Democritus diuitias ꝓiecit: onus illas bone mentis eſtimans. Ideo ſequitur. Contemne diuitias. Nemo tā pauper ē q̄ natus eſt. Et de eodem aūt libro de beata vita: ꝙ eo

de quo interdixit ſibi aliud ha-
bere: interdixit ſibi et aliud petere.
Quaſi dicat. quod nec aliquid voluit
habere: nec aliquid petere. ¶ Con-
ſimiliter exempla mira pauperta-
tis fulſerunt in philoſophis prout narrat
Hiero. contra Iouinianum. de Dioge-
ne qui habitabat in dolio et in por-
tis ciuitatum: et manu concaua bi-
bebat: nec voluit habere aliud po-
culum. Et de hoc in tractatu de vir-
H tutibus. et de eodem etiam Valerius. vbi
ſupra dicit quod Alexander continentiam
Diogenis vincere non potuit. Ad
quem cum in ſole ſedentem acceſ-
ſiſſet: hortareturque: vt ſi qua ſibi
preſtari vellet indicaret: reſpondit.
De ceteris interim a ſole mihi ve-
lim non obſtes. Quaſi dicat. Ni-
hil aliud volo: niſi quod non ſtes in-
ter me et ſolem. hic enim effecit:
vt nihil ſibi eripi poſſet. Ait Se-
neca de tranquillitate animi de quo-
dam: quod cum amiſiſſet omnia ſua
I ait. Iubet me fortuna expeditius
philoſophari. Si ergo predicti ignarri le-
gis diuine et fidei: abſque ſpe regni
eterni: et ſimiliter ignarri diuine di-
gnationis quod voluit eſſe pauper propter
homines: vt oſtenderet eminentiam pau-
pertatis et preciositatem vt dictum eſt. ſupra
ſic paupes fuerunt: non mirum ſi fide-
les ob regnum celorum: et perfectam filii
dei imitationem: velint eſſe diui-
tiarum contemptores: et pauper-
tatis ſanctiſſime ſectatores.

¶ Capitulum. vi. Qualis debet
eſſe paupertas.

Sed quia pauperem non facit
f commendabiliorem pauper-
tas: ſi inter ſordes peccatum
non cauet: prout ait Hiero. epiſto- K
la. xcv. videndum eſt: qualis debet
eſſe paupertas religioſorum. Et no-
tandum quod debet eſſe recto fine ſi-
ue intuitu preelecta et aſſumpta
ſcilicet propter deum: et vt liberius et ex-
peditius poſſit homo deo vacare: et
agilius luctari cum hoſtibus: cum qui-
bus nudi luctari debemus: ait Gre-
gorius ſuper euan. lib. ii. omel. xii.
Propterea ait Petrus Mat.
xix. Ecce nos reliquimus omnia.
et c. vbi ait Hieroni. quod Socrates
philoſophus et alii diuitias contempſerunt
ſed non ſecuti ſunt ſaluatorem ſi-
cut apoſtoli. Ideo Aug. ſuper pſalmum
ſexageſimum nonum. Ideo inquit L
pauper christus omnia temporalia
contempſit: vt tu ſis tantum ſpecies
eius. ¶ Item debet eſſe pauper-
tas affectu amata. Religioſus enim
debet amare paupertatem ſicut ſpon-
ſam ſuam: ait Criſo. ſuper Mat.
omel. vltima. Paupertas eſt ſi-
milis pulchre puelle: cuius oculus
purus preclarus: manſuetus: tranquil-
lus: delectabilis: ad omnes reſpiciens
neminem odio habens. Ad modum M
ergo ſponſi debet religioſus dili-
gere ſponſam ſuam paupertatem:
exemplo beati Francisci: qui eam de-
ſponſauit. vnde pſalmus. Elegi abiectus
eſſe in domo dei mei. ¶ Item de-
bet eſſe ilaritate iocunda: et reputa-
tione pacata. Ait Greg. ſuper Eze.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

li.ij.omel.vi. Ille vere pauper ē: rij eſt paupertas voluntaria? Se
N qui eo eget qđ habet. Naz ꝛ qui
non habet ꝛ habere non appetit
diues eſt. Paupertas quippe eſt
inopia mentis non in quātitate
poſſeſſionis. Nam qui cum pau-
pertate bene cõuenit pauper nõ
eſt. puer. xiij. Melior eſt pauper
ꝛ ſufficiens ſibi. ꝛc. Et Sen. ep̄la
ij. honeſta res eſt leta paupertas.
Et de hoc ſupra parte. ij. vbi de
O paupertate. ¶ Item debet eē ſta
tui cõgrua ꝛ moderata. Sūt. n.
eniz aliq qui erant in ſeculo pau
peres: ꝛ religionez intrantes: vo
lūt hr̄e maiores diuitias ꝛ opulē
tias in omnibus: q̄ prius. Ideo
dicitur in tractatu de. xij. Abuſio
nibus in ſeptima abuſione: q̄ eſt
habitus precioſus in religiõe: q
qui veteres pannos ꝛ viles con-
ſueuerūt hr̄e i ſeclo ꝛ i religiõe
P nouos ꝛ p̄cioſos hr̄e ꝯtendūt.
Et hec ē magna abuſio: puto ibi
exequitur. In quorū perſona ait
Hiero. ep̄la. xxxiiij. Nat' in pau
pere domo ꝛ tugurio ruſticão: q
vix milio ꝛ cibario pane rugiētez
ventrem ſaciare poteram: nūc ſi-
milā ꝛ mella faſtidio: noui gene-
ra piſciū: caleo ſaporib' auiuz. ꝛc.
¶ Itez debet eē maceratiua vo
luntaria enim paupertas: marty
Q rium eſt: ait Ber. in ſermone de
oib' ſanctis. vi. Quid ſibi vult:
q eadem promiſſio pauperibus
ꝛ martirib' fit. ſcilicet regni celo
ruz Math. v. niſi q gen' marty
rij eſt paupertas voluntaria? Se
quitur Qđ martyrij genus gra-
uius: q̄ iter epulas eſurire: inter
multas veſtes ꝛ precioſas algere
paupertate p̄mi inter diuitias q̄s
affert mundus: oſtētat diabol'.
noſter deſiderat appetitus. vtri-
q ergo regnū celoꝝ p̄mittitur:
ſed paupertate emitur: in perpeſſio
ne ſancti martyrij abſq dilatiõe
percipitur. verus igitur paup vo
lūtaria paupertate ſic ſit pauper:
q ſuſtineat famē: ſitim inediam
ꝛ inopiam: exemplo ſaluatoris q
ieiunauit ꝛ eſuriuit. Math. iiij. ꝛ R
exemplo diſcipuloꝝ qui ceperūt
euellere ſpicas Mat. xij. ꝛ beati
Pauli: qui in fame: ꝛ ſiti: frigo-
re ꝛ nuditate ſeruiuit deo. ij. cor.
xi. ꝛ ps. Ego aūt mendicus ſum
ꝛ pauper. Sed eꝫ eſt de multis:
de quibus Hiero. vbi. ſ̄. dicit: q
ſunt quidā pauperes: q tali mo- S
do volūt eſſe pauperes: vt nihil
eis deficiat. ¶ Item debet eſſe
ſcientia ꝛ diſcretõe regulata. Ait
Apo. phil. iiij. In omnibus inſti
tutus ſum. Scio ſaturari ꝛ eſuri
re: abūdare ꝛ penuriaz pati. Su
per qđ Gre. ſuper Eze. omel. vij.
dicit. Ars magna hec ſcilicet ſci-
re ſaturari ꝛ eſurire: abundare ꝛ
penuriaz pati. Et mire diſcipline
ſciētia: que nobis toto cordis ni-
xu diſcenda eſt. Sequit. Que pe- T
nuria ſua non frangit: a gratiarū
actione non retrahit: in rerum tē
poraliuz deſideria non accendit:

ſte ſcit penuriam pati. ¶ Jtē de
bet eē humilitate ordinata. Ait
ſaluator Mat. v. Beati paupes
ſpū. rc. Quia ſcilicet ſic ſunt hu/
miles. Ait Aug. de ſermone dñi
in monte li. i. Humilitas eniꝫ eſt
cuſtos paupertatis. ait Gregoriꝰ
dial. i. xxij. c. Quia ſine hūilitate
paupertas parū prodeſt: eo ꝙ do
minus pauperem ſuperbū odit.
V Ecc. xv. Jō ſumme cauēda pau
peribus arrogantia. vt enim ait
Hiero. epiſtola. cx. plus eſt aiuꝫ
depoſuiſſe ꝙ̄ cultum: difficiliꝰ ar
rogantia ꝙ̄ auro caremꝰ: aut gē
mis. His enim abiectis interdū
glorioſi tumemus ſordibus: ⁊ vē
dibileꝫ paupertateꝫ populari au/
re offrrimus. Jō Jſai. lxvi. Ad
quem reſpiciam niſi ad pauper/
culum ⁊ contritum ſpiritu ⁊ tre/
mentem ſermones meos? Reli
gioſi ergo ſtudeāt. vt ſint paupe/
res modis dictis. Tales eīꝫ pau/
X peres: ſunt deo amabiles. Jaco.
prio. Nōne pauperes elegit deꝰ
in hoc mundo. rc. Tales exaltat
in iudicio: qꝛ erunt cū eo iudices
Job. xxxvj. Judiciuꝫ pauperibꝰ
tribuit. De quibus bene Grego.
mora. xxvi. Et caueāt ne ſint trāſ
greſſores ſui voti ⁊ poſſeſſionis:
poſſeſſiōe alicuius rei. ne ſcilicet
ſint damnādi. vñ narrat Hiero.
epiſtola. lxxxiiij. de quodam reli
gioſo proprietario. Quidam in/
quit de fratribus parcior: magis
ꝙ̄ auarior centum ſolidos quos
lina texendo acquiſierat moriēs
reliqt. Intereſt inter monachos
consilium. Habitabant enim ibi Y
circiter qnqꝫ milia diuerſis cellu
lis: quid facto opus eſſet. Et alij
pauperibus diſtribuendos eē di
cebant: alij dandos eccleſie nō/
nullivō parentibus remittēdos.
Macharius vō Pachomiꝰ et
Jſidorus quos patres vocant:
ſancto in eis loquente ſpū infodi
endos decreuerunt cū eodem di
cendo: pecunia tua tecuꝫ ſit in p
ditione. ſicut dictū eſt Symoni
act. viij. Et merito: qꝛ tales men/
tiuntur ſpūi ſancto: ⁊ ſunt fures ⁊
latrones aliena vſurpādo: ⁊ per/
iurij: ac voti trāſgreſſores. Jdeo
ait Petrus Ananie act. v. Cur
tēptauit ſathanas cor tuū menti
ri ſcilicet ſpiritui ſancto: ⁊ frauda
re de precio agri. rc. ¶ Simili/
ter de alio religioſo q habuit tres
aureos abſconditos narrat Gre Z
go. iiij. dial. ante fi. ꝙ ipſe beatus
Gre. ꝓhibuit ne fratres ad eum
in morte accederent: neqꝫ cū fra
tribus ſepeliretur: ⁊ ꝙ illos aure
os ſuper eum proicerent dicēdo
pecunia tua tecum ſit in perditio
ne. Diuinus igitur ꝑdicator ſua/
deat religioſis: vt ſint pauperes
dictis modis ⁊ diſſuadeat ꝯria.

¶ Tertia diſtinctio. De caſtitate ad quam obligant ſe religioſi.

¶ Capl'm. i. Quid ſit caſtitas.

Jcut autem religioſi de
bent eſſe pauperes ſpiri

A tu in abdicatione temporaliū: vt dictum eſt: ſic debēt eſſe caſti libidinū interiorum ⁊ exteriorū cohibitione. vouent enim omnino dam ⁊ pfectam caſtitatē. Qualiter autē debet eſſe caſtitas patet. ſ. pte. ij. vbi de mulieꝝ pudicitia: ⁊ parte. iiij. vbi de clericoꝝ caſtitate. Si enim mulieres debēt eſſe pudice: ⁊ ſi viri eccliaſtici debent eē perfecte caſti: multo magis religioſi qui ſe conſecrauerunt perpetuo: deo ſuo. Ipſi enī ſunt eunuci recluſi in templo dei ad eū laudandū. Iſai. lvi. hec dicit dn̄s eunuchis. Dabo vobis in domo mea: ⁊ in muris meis nomē me

B lius a filijs ⁊ filiabus. Ad litterā enī incluſi ſunt in muris monaſteriorum: q ſe caſtrauerūt ꝓpter regnum celorū Math. xix. Eſt autem caſtitas cohibitio vel conſeruatio amorum ⁊ appetituum ab inordinata amatione ⁊ appetitione: ait Comētator ſup illud angelice hierarchie. c. iij. Caſtis intellectus oculis. vel caſtitas eſt ſummus amor omnino depuratus incorruptionis ⁊ integritatis

C ait Idem. c. vij. Ille enim caſtus eſt qui deum attendit: ⁊ ad ipſū ſolum ſe tenet: ait Aug. de beata vita. Itē caſtitas eſt animi amor ordinatus non ſubdens maiora minoribus: ait Aug. libro de mēdacio. his omnibus modis debꝫ religioſus caſtus eſſe. Cui cōpetit illud. i. thi. v. Teipſum caſtum cuſtodi: vt ſcilicet ſit omniū libidinū exteriorum ad quinqꝫ ſenſus pertinentium cohibitio: ⁊ caſtigatio: necnon ⁊ omnium libidinum interiorum ſiue in cogitatione vel meditatione: ſiue in affectione vel appetitiōe. Tales ſignificantur per quinqꝫ virgines prudentes. Math. xxv. ⁊ cuilibet eorum ꝯpetit illud Iob. xxxi. Pepigi fedus cum oculis meis: vt non cogitarem quidē de virgine. vbi Grego. moral. xxi. ait. vt munda ſit manus in operatione a laſciuia voluptatis: deprimēdi ſunt oculi quaſi quidā raptores ad culpam. Et ibi bene de cohibitione ſenſuum interiorum ⁊ exteriorum.

¶ Capitulū. ij. Que ſunt neceſſaria ad cuſtodiam caſtitatis.

V T autē poſſit ſeruari caſtitas illeſa ⁊ pfecta debet eſſe alimentorum ſuperfluorum ⁊ nociuorum ſubtractio: ⁊ carnis maceratio: qꝛ ſine comitibus ſuis ſcilicet temperātia ⁊ ieiunio caſtitas cito laceſſit ait Criſo. ſuper ps. quinquageſimum. Et de hoc bene Hierony. epſa. xcvi. di. Apo. macerat corpus ſuū: ⁊ aie ſubicit iperio. i. cor. ix. Caſtigo corpꝰ meū ⁊c. ⁊ adoleſcētia feruēte cibis corpore de caſtitate ſecura eſt? Et ſequit. Alia peccata extriſeca ſunt. ſ. auaritia ⁊ alia: ſola libido inſita eſt: grandis. n. ē͂ mo ē͂g nata ſis in carne

non carnaliter viuere: tecum pu
gnare quottidie: ⁊ incluſuȝ hoſtē
Argi: vt fabule ferunt centū ocu
lis obſeruari. Et ſuperaddit illō
quod ait Comicus. Sine cerere
⁊ bacho friget Ven⁹. Et p⁹ Quic-
quid ſeminarium voluptatis eſt.
venenū puta. parcus cibus ⁊ vē
ter ſemper eſuriens triduanis ie
iunijs prefertur. Nihil ſic inflā-
G mat corpus: ⁊ titillat membra ge
nitalia ſicut indigeſtus cibus: vi
cuiſq; conuulſus. Ideo Apoſto.
ephē. iiij. Nolite inquit inebriari
vino in quo eſt luxuria. Debēt. n.
eſſe religioſi ſic mortificati: vt q̄-
ſi non ſentiant ſaltem cum dele-
ctatione predictos fedos motus.
Sicut fuit de Xenocrate philoſo
pho prout ait Vale. li. iiij. c. iij. di.
ꝙ non ſenſit mulierez que iuxta
eum accubuit: ⁊ ſpopōderat: eū
allicere. Et alijs deridentibus: ꝙ
H non poterat flectere animū illi⁹:
rn̄dit: pactuȝ victorie non de ſta
tua ſed de homie fuiſſe. Poſue
rat enim pignus ꝯ alios: ꝙ eum
flecteret. Queȝ q: i ſenſibilis fuit
ad talia quaſi non ſentiens vł ap
petens vocauit ſtatuaȝ. Religio-
ſis eniȝ competit illud. Ro. viij.
Non enim eſtis in carne ſed in
ſpū. ¶ Itē vt ſint pfecte caſti de
bet eſſe omnis occaſionis exclu-
ſio. Sicut eſt mulierum familia-
I ritas: frequens collocutio: incau
tus aſpectus: prolixus cōſenſus
⁊ hmōi. Idō cauere debent a co-
habitatione cum mulierib⁹ vt di
ctum eſt de eccleſiaſticis parte.
iiij. vnde legitur in vitis patrum
li. ij. parte. iiij. ꝙ mulier ſancta di
xit ad monachuȝ q declinauerat
a via quādo moniales. Si eſſes
inquit perfectus monachus: nō K
ita reſpexiſſes nos: vt cognoſce-
res: nos eē mulieres. Et parte. ij.
dicit de abbate Arſenio: ꝙ rn̄dit
mulieri petēti vt haberet memo
riam eius in oratione. Rogo in-
quit deū: vt auferat memoriā tuā
de corde meo. Et parte. iiij. de ſā
cta muliere in monaſterio egro-
tante. que non ſuſtinuit: vt eā fra
ter ſuus videret. ne propter eam
veniret in memoriam ſeminariū
Sed mandauit ei. Vade frater ⁊
ora pro me: q: cum dei gratia vi
debo te in regno dei. ⁊ pte. xiiij.
de quodam qui noluit alloq ma
treȝ niſi oculis clauſis. Summe
eniȝ ſancti patres deuitarūt con L
ſortia ⁊ colloquia mulierum. cuȝ
tamen eſſent abſtinētia multimo
di exhauſti: penitentijs ⁊ ieiunijs
ac laboribus macerati: orationi-
bus ⁊ contemplationibus ſupra
ſe eleuati. Unde Augu. li. de cura
ꝓ mortuis agenda narrat de Io
anne nobili monacho q habuit
ſpūm ꝓphie: ꝙ cū eum impatiē
ter videre cuperet: quedam reli-
gioſa mulier: ⁊ per virū ſuuȝ in-
ſtaret: ⁊ ille nollet quoniam illud M
nūq̄ feminis permiſerat: ait tan
dem marito ei⁹. Dic vxori vide-

bis me nocte ꝓxima ſed ĩ ſom/
nis. Sicq̃ factũ eſt. Monuitq̃
eam qcq̃d fidelem coniugatam
moneri opoꝛtet. Que euigilãs de
ſcripſit cũ viro ſuo. Ideo dicebat
abbas diſcipulo. Eam⁹ illuc vbi
nõ ẽ mulier: ꝓut dr̃ in ꝑma pte
N in vitis patrum. Nouerat eniz q̃
demones iugiter laborant ad tẽ/
ptandum religioſos: vt aſſequã/
tur de eis victoꝛiaz. ſicut legit in
vitis patrum vbi. s̃. pte. v. de fi/
lio ſacerdotis ydoloꝝ: q vidit ſa
than ⁊ militiã ei⁹ ſibi aſſiſtentez.
Qui cũ a quolibet ingreſſ quid
feciſſet: ⁊ vn⁹ diceret: ſuſcitaui bel
la per dies triginta: ⁊ ſponſum in
nuptijs occidi feci: iubet: eũ dya/
bolus v̓berari: ⁊ ali⁹ diceret: ſub
merſi naues in mari per viginti
dies fecit eũ etiaz flagellari. Sur
rexit alius qui dixit ſe fuiſſe in he
remo quadraginta annis ⁊ mõ/
nachũ impugnaſſe: quem vix no
cte illa fecerat foꝛnicari. Qd̓ au/
diens ꝑnceps ille: ſurgẽs oſcula/
O tus eſt eũ: ⁊ coꝛonam ſuaz capiti
illi⁹ iponens iuxta ſe ſedere fecit.
dicens: magnã rem feciſti. Hec
iuuenis ille videns: ait intra ſe.
Magnus eſt oꝛdo monachoꝝ
Et egreſſus fact⁹ eſt monachus.
¶ Caueant ergo religioſi a ꝯſoꝛ
tijs mulieꝝ: vt ſint vere caſti. Ad
qd̓ neceſſe eſt: vt ſit oĩs carnalis
amoꝛis abdicatio. Ut. n. ait Hie/
ro. dicta epiſtola: carnalis amoꝛ
P ſpũs amoꝛe ſuꝑatur: deſiderium
deſiderio reſtrigit. Eleuatio ergo
ad deũ ⁊ ad celeſtia neceſſaria ẽ:
qꝛ ex deguſtatiõe diuie dulcedi/
nis ꝛ̃frigeſcit amoꝛ carnalis. Gu
ſtato eni ſpũ deſipit oĩs caro. Et
eꝫ. Cũ eniz delectatio carnis ab/
ſciditur: mox alia delectatio inue
nitur. ait Gre. moꝛal. xxx. Caſti/
tas eſt pulchritudo anime ſiue fi
lie regis ab int⁹: ait Aug. ꝫ Fau
ſtuz. Iõ Sap. vij. O q̃ pulchra
ẽ caſta generatio. ⁊c. Qualis au
tem debet eſſe caſtitas: dictuz eſt
s̃. pte. iiij. vbi de caſtitate eccleſia
ſticoꝛum.

¶ Quarta diſtinctio. De obediẽ
tia ad quam ſe obligant religioſi.

¶ Capl̃m. i. Quid ſit obediẽtia.

T nõ ſolũ religioſi vo
uẽt ꝑdicta: ſed ẽt obe
e diẽtiaz: q̃ ẽ volũtas ꝓ Q
ꝑe ſbiectio: ait Dama.
li. iij. c. iiij. Et. i. Reg.
xv. Melioꝛ eſt obedientia q̃ vi
ctima. vbi Gre. moꝛ. vlt. Iõ me
lioꝛ: qꝛ ꝑ victimas aliena caro ꝑ
obediẽtiã v̓o volũtas ꝓpꝛia ma/
ctatur. Et ibi multa de obediẽtia
Cui⁹ eminentiam oñdit fili⁹ dei:
q non venit facere volũtatẽ ſuaz
ſed patris. Io. vi. Itẽ oñdit eam
in adimplẽdo ipſi⁹ ꝑfectionẽ ⁊ ꝑ/
ſeuerantiã: qñ fact⁹ eſt obediens
vſq̃ ad moꝛtez crucis: Phil. ij.
vñ Ber. ad Senoñ. Xp̃us dedit R
vitam ne perderet obedientiam.

¶ Capitulum. ij. Qualis dꝫ eſſe
obedientia: ⁊ de eius gradibus.

Qualis aũt dꝫ eẽ obedien-
tia deſcribit Ber. ſuffici-
enter i ſmone de obediẽ-
tia: q̃ icipit. Egredere de terra tua
Gen. xij. Tolle filiũ tuũ premiſit
n. obediẽtiã Abrae i exemplum.
¶ Primꝰ ãt obediẽtie gradꝰ ẽ: li-
S bẽter obedire: donec mactata vo-
lũtate: volũtatẽ dſligãt platorũ.
¶ Scdus ẽ ſimplr obedire ſine
q̃onibꝰ ꝛ murmurationibꝰ: ac ex-
cuſationibꝰ. ps. In auditu auris
obediuit mihi. ¶ Tertiꝰ ẽ hilari-
ter obedire. Hilarẽ. n. datorẽ dili-
git deꝰ. Serenitas. n. in vultu: ꝛ
dulcedo i ſermõe multũ roborãt
obediẽtiã iuxta illud poete. Sup
ois vultus acceſſere boni. Exem-
plum de dauid ſaltante añ archã
ij. Reg. vj. ¶ Quartus gradus
eſt velociter obedire. Viam inqt
ps mandatorũ tuorũ cucurri fi-
delis eni obediens: moraꝫ neſcit
fugit craſtinũ: ignorat tarditateꝫ:
precipienteꝫ preuenit: oculos pa-
rat viſui: aures auditui: linguam
voci: pedes itineri: ꝛ totũ ſe colli-
git: vt imperantis impleat volun-
tatẽ. Exemplũ de zacheo cui ait
dñs Luc. xix. zachee feſtia deſcẽ-
de ꝛc. ¶ Quintus gradus eſt vi-
riliter adimplere. ps. Viriliť agi-
te: ꝛ confortetur cor veſtrũ. Et ſi
tribulatio intonat: ſi perſecutio in-
ſultat: ſi peccatores laqueum po-
nunt: ſi maligniꝰ ſpũs iter impedi-
unt: dicat. ſ. obediens: paratus ſũ
ꝛ nõ ſũ turbatus. ¶ Sextus gra-
dus eſt: humiliter obedire. Cum
eſſes inqt paruulus in oculis tu-
is: caput factus es. ꝛc. i. Reg. xv.
¶ Septimus eſt: perſeueranter
obedire. Qui eni perſeuerauerit
vſqꝫ in finẽ: hic ſaluꝰ erit. Mat.
x. Et hoc in aduerſis: cũ. ſ. obedi-
entia eſt grauis ad audiendũ: gra-
uior ad implendũ: grauiſſima ad
tenendum. ¶ Et idem Ber. i ſer- T
mone de aduentu. Obedientia ẽ
quincupartita. ¶ Prima eſt: cũ
rectum eſt opus: qꝛ non eſt obe-
diendum contra deuꝫ. ¶ Secũ-
da: cum eſt opus voluntarium:
qꝛ que ẽ ex neceſſitate nõ ẽ bona
¶ Tertia eſt: cum opus eſt pu-
rum: vt. ſ. ſit intẽtio pura. Si eni
oculus ſimplex ſit: totum corpus
lucidũ erit. Mat. vi. ¶ Quarta
cum eſt opus diſcretuꝫ: ne quid
nimis. ¶ Quinta: cum eſt opus
firmum. i. perſeuerans: Vt auteꝫ
perſeuerantiã habeat murus obe-
dientie debet habere propugna- V
cula patientie. ¶ Itẽ Ber. in me-
ditationibus. Bonus obediens
dat ſuum velle ꝛ nolle: dicens cũ
pſal. Paratum cor meũ deꝰ. ꝛc.
¶ Capſm tertiũ. Qualia eſſe de-
bent opera obedientie.

Ex dictis pꝫ obediẽ expiẽ-
tia qꝛ in ea mactat volun-
tas propria propter deuꝫ
ait Greg. vbi. ſ. Melior eni eſt
qui dñatur aio ſuo expugnatore
vrbiũ. puer. xvj. Super qd Gre-
go. paſtoralis. ij. c. xi. Quia. ſ. i pſ-

mo alius a ſe ſuperat: in alio: que ſūt extra ſubiugant. Et ex hoc patet obedientie difficultas. Nihil enim eſt anguſtius homini q̃ ꝓprias frāgere volūtates: ait Gre. mor. xxxij. c. i. pe. ij. Caſtigantes aīas noſtras in obedia charitat̃. ❡ Item ex hoc patet hoīs ꝑ obedientiā triumphalis victorioſitas qa per obedientiā vincit homo ſeipſum: ⁊ voluntatē ſuā liberam captiuat. ⁊ alterius ſubicit volūtati. Uir eniꝫ obediens loquetur victorias. ꝓuer. xxi. ❡ Merito ergo obedientia eſt laudāda. Ipſa eni eſt virtus: mater ⁊ quodāmodo cuſtos virtutū: ait Aug. xviij. de ci. c. xxij Et de hoc in vitis pſuꝫ li. ii. pte. xviij. vbi dr: ꝙ obedientia eſt ſalus omnium fideliū: genitrix omniuꝫ virtutū: celos aperiens: homines a terra eleuās cohabitatrix angeloꝝ: cibus omnium ſanctorum.

❡ Capl̃m quartū. De exemplis obedientie in antiquis.

Talis autē fuit obedientia antiquorum: ibidem narrant̃ exempla ſicut d̃ quodam qui rigauit lignum aridum per tres annos ad imperiū abbatis: quod pertulit fructū: qui dictus eſt fruct⁹ obediētie. ❡ Et de alio q dimiſit vnā partem lr̃e .ſ. o non ſcriptā: cum vocaret̃ ab abbate. Et de illo qui fluuium ꝓiecit in fluuium. ⁊ de alijs multis Et ibi multum de obedientia. Et parte. xv. de illo qui dimiſit cultellum in piſce inſciſſo vocatus ab abbate. ❡ Simil̃r narrat Seuerus in ſuo dial. de mira obedientia antiquorū. Sicut de obedientia illius cui precepit abbas rigare virgam aridam: q per duo miliaria proprijs humeris aquam portauit: donec anno tertio floruit. Et de alio q promiſit omnem obedientiam abbati: promittens igneꝫ etiā ſe nō recuſare ſi abbas preciperet. Cui cum abbas iuberet intrare clibanum non diſtulit ⁊ flāma ſibi ceſſit ſicut pueris hebreis. precipua eniꝫ fuit apd̃ eos virt⁹ obedientie vt dr ibi. ❡ Similiter Johannes caſſianus lib. i. collationū exemplificat de obediētia antiquorū. Sicut de illo q rigauit lignū aridū portās aquaꝫ per duo miliaria. A quo cū ſenex quereret: ſi miſerit radices rn̄dit ſe neſcire. Et euulſit ſenex lignuꝫ quod ille rigauerat per annuꝫ ⁊ proiecit. ❡ Similiter de alio qui ad imperium abbatis ꝓiecit lenticulā olei per feneſtrā q̃ ſola i heremo erat: non conſiderans precepti ineptitudinem. ❡ Simil̃r de alio qui ad imperium ſenis ſaxum euoluere omni nixu contendebat. qd̃ turbe multe hoīuꝫ mouere nō potuiſſent. ❡ Similiter de fratre nobili: cui dixit ſenex: vt decem ſportas deferret humeris per plateas ad vendenduꝫ. Et vt diutius in hoc officio teneret̃. nō

ſimul vni ſed ſingillatim vende-
ret. Quod ille deuote impleuit.
¶ Similiter de diſcipulo bti Be
nedicti qui cucurrit' ſuper aquaꝫ
nec ſciuit eſſe aquá. Quod beat⁹
Benedictus non ſuis meritis: ſꝫ
obedientie diſcipuli: mauri. ſ. de-
putauit: ꝓut legit. ij. dial. c. vij. Ex
dictis patet. ꝙ talis erat obedien
tia antiquorum: qualem deſcribit
Ber. ſ. voluntaria: prõpta: ⁊ ſic ꝺ
A alijs. Unde ⁊ ſeniores loquebant
ſepe diſtorta fratribus: vt proba-
rent an eſſent in oíbus obediẽtes
Sicut fecit quidam dicens fratri
vt comederet feria ſexta mane: ꝓ
ut legit in vitis patrũ parte. iiij. ⁊
ſuper oía cauebant antiqui a pro
pria volũtate: ꝓut ꝺƒ in vitis pa-
trũ vbi. ſ. Dixit ſenex: ꝙ non cu-
rant multũ demones qñ noſtras
facimus volũtates: qꝛ ꝓpter vo-
luntates proprias: ipſi demones
facti ſunt. Nam propria volũtas
B eſt murus eneus inter deuꝫ ⁊ ho
minẽ: quá ſi homo reliquerit po-
terit dicere: in deo modo trãſgre
diar murum: vt dicit ſbi. Jõ ali⁹
frater ait Mea triſtitia eſt: ſi pro
priam fecero voluntatẽ: ꝓut dici
tur in vitis patrum parte. xiij. Et
non ſolum religioſi antiqui erãt
obediẽtes ſuis ſuperioꝛibus: ſed
etiam milites gentiles principi-
bus ſuis: vt patet. ſ. parte prima
vbi de diſciplina militari. Et Ua
le. li. ij. narrat qͥliter milites erant
obedientes pꝛincipibus: ⁊ in di-
ſciplina ſuſcipienda pro arbitrio
eorum: ⁊ inſtando in acie ꝓ eoꝝ
diſpoſitione. Unde ait de quodã
q edixit ꝙ ſi qs fugiẽs caſtra pe- C
tiſſet: pro hoſte interficeret. Qua
ſeueritate compreſſi milites: ho-
ſtes vicerunt. Et ibi de ꝯſilibus.
¶ Capl'm quintuꝫ. De imperfe-
cte obedientibus.

Contrario eſt de multis
e etiam religioſis: qui ma
lũt hẽre ſupiores q eoꝝ
faciant voluntates ꝙ̃ ecõtrario.
Sicut legit in vitis patrum par-
te. iiij. de abbate reſpondente cui
dam q ad eũ venit dicẽs: vellem
habere abbatem iuxta volũtateꝫ
meá ⁊ moꝛi cum eo. Cui abbas.
Tu queris abbatem non vt tu ſe
quaris eius voluntatẽ: ſꝫ vt ipſe ſe D
quatur tuam. Quod ille audiens
ait. Ignoſce mihi pater quia glo
riabar eſtimans: me bene dicere
cum nihil tenerem. Hi auteꝫ ſũt
ſimiles illi ceco cui dominus ait.
Quid vis vt faciaꝫ tibi. Math.
viij. Super qꝺ Ber. in ſermone
dicit. ꝙ tales ſunt multi a quibus
magis opoꝛtet: vt ſuperioꝛ q̃rat.
qꝺ volunt qꝺ fiat eis ꝙ̃ ecõuer-
ſo. Nec aliqui decipiantur in hac
parte eſtimantes: leuia eſſe q̃ di-
cuntur a ſuperioꝛibus nec eis ne
ceſſario obediendum. Audiant
Bernardum li. de preceptis ⁊ diſ
penſatiõe. In regula. ſ. beati Be
nedicti ꝺƒ. Obedientia que ma-
ioꝛibus debet deo exhibet. Quá

odrem: qʒ q̄d vice dei pcipit ho‑ mo: quod non ſit certuʒ deo diſ‑ plicere. ſecus non eſt accipiendũ ꝙ ſi deus preciperet. Quid eniʒ intereſt vtrum deus per ſe aut p miniſtros ſuos ſiue homines ſi‑ ue angelos: ſuum nobis benepla citum innoteſcat. Nec dicat: ꝗ lo quit: de his que tradit ſcriptura vel ratio manifeſta: qꝛ de his nõ eſt preceptor expectandus: vel ꝓ hibitor auſcultãdus: ſed q̄ꝺ ita la tere vel obſcurum eſſe cognoſcit quod indubiuʒ venire poſſit vtꝝ deus ſit: an aliter ferre velit. hec ibi. In talibus ergo obediẽdũ eſt que precipiunt a ſuperiore. pro‑ pter quod cauenda eſt inobediẽ tia i talibus. Sunt eni tres gra‑ dus ait Anſel. ꝺ ſimilitudinibus c. xxliij. dicit. Obediẽtia ⁊ inobe‑ diẽtia que ſunt contraria: ⁊ licen tia que eſt quaſi media: que qui dem multos decipit. ait ibidẽ po nens exemplum de ancillis que ſunt ſub domina ſua: ⁊ de latrõa inter eas que procurat exire fin‑ gendo cauſas mltiplices: ⁊ niſi po terit obtinere licentiaʒ legiptimã intermittit opus: pretendit ꝙ ſit infirma: contriſtatur: occulte de‑ trahit: ⁊ ſic de alijs.

¶ Capl̃m ſextum. De periculis inobedientie.

Binobedientia cauẽdũ eſt religioſo ſicut a dam natione: qꝛ contra crea‑ torem ſuperbire eſt eius manda ta tranſcendere. Ait Greg. mor. xxiij. Et qui ſubeſſe faſtidit imita tur diabolum ait idem. mor. xix. Adã enim qꝛ voluit vti conſilio ſuo: lapſus eſt per eũ qui ante ce‑ ciderat per ſuperbiam: q ſibi ca‑ liceʒ ſuperbie ꝓpinauit. ait Aug. ſup Jo. Omel. xxv. Quomodo autem propria volũtas eſt quaſi quedam adultera diabolo coniũ cta: ex qua naſcunt vitia. ⁊ q̃ſi ẽ ſimilis herbe venenoſe: que co‑ medẽtes efficit leproſos: ait An‑ ſe. de ſimilitudinibus poſt princi pium. Que q̄dem inobedientia grauiter puniebat etiam a princi pibus antiquis etiã in militibus ait Aug. de ci. c. xviij. De quodaʒ loquens ꝙ filium occidit: qꝛ pu‑ gnauerat contra eius imperium licet viciſſet. Et conſimile. i. de ci. c. xxij. Idem eũgypp⁹. li. iij. Pre dicator igit alloquens religioſos: hortetur ad dictas virtutes: ꝺ hor tando contraria.

¶ Quita diſtĩctio ꝺ ſeptẽ neceſ ſarijs religioſis vt pfecte viuant.

¶ Capl̃m primũ. De elõgatiõe a mundanis tumultibus.

Et licet ſint multe alie virtutes: religioſis ne ceſſarie vt ſint perfecti tñ ad preſens cã bre‑ uitatis dicendũ eſt de ſeptem ſpãliter eis neceſſarijs: vʒ Rimũ eſt a negotationi bus ſecularibus ⁊ tumul tibus mundanis elonga

tio: ⁊ quieta in clauſtro habitatio
niſi quatenus cogit iuſta neceſſi-
tas: vel vrget pia charitas: prout
hortat̄ Hiero. epl'a. lxxij. Quid
inquit deſideramus vrbium fre-
quentiā. q̄ de ſingularitate cenſe-
mur? Mihi enim opiduz carcer
eſt ſolitudo paradiſus. Idez epl'a
xxxiij. o herem⁹. familiarius deo
K gaudens. Quid agis frater in ſe-
culo q̄ maior es mundo? ⁊c. Idē
epl'a. xxxv. Conuiuia tibi vitāda
ſunt ſecularium: maxime qui ho
noribus tumēt. Idez epl'a. lxxxiij.
Monachū ſe eſſe: non loquen-
do ⁊ diſcurrendo: ſed tacēdo ⁊ ſe
dendo q̄s nouerit. Seq̄t. Legat
dicentē. Sedebit ſolitarius ⁊ tace
bit. tre. iij. Et de hoc multa Hie
ro. i dictis epiſtolis. Et i tractatu
d. xij. abuſiuis dī: q̄ q̄nta abuſio
eſt monachus curialis. i. frequē-
tās curias. Et ſexta abuſio ē mo-
nach⁹ cauſidicus. Et ibi bene de
L hoc: ⁊ de periculis religioſoruz p̄
mundum vagantium.

¶ Capl'm ſecundū. De ſui omni
moda abnegatione.

Secunduz eis neceſſariū
eſt omnimoda ſuiipſoꝝ
abnegatio ⁊ plenaria in
viros alios transformatio: adim
M plendo illud ſaluatoris. Math.
xv. Qui vult poſt me venire ab
neget ſemetipſū. ⁊c. Ubi Grego.
ſuper euan. Omel'. xxij. li. ij. Tūc
noſmetipſos abnegam⁹ cū mu-
tamus qd̄ per vetuſtatem fuim⁹
⁊ ad hoc nitimur quo per nouita
tem vocamur. Sequit̄. Niſi a ſe
metipſo quis deficiat: ad euz qui
ſupra ſe eſt nō appropiquat. Ubi
ponit exemplū de plantis oleruz
que tranſplantāt̄ vt proficiāt: era
dicant̄q̄ȝ vt creſcant. Et de ſemi-
nibus que in terra figunt̄: vt vbe
rius ſurgant. Idem ſuper Eze. li.
i. Omel'. x. Semetipſuz abnegat N
qui mutat⁹ in meliora: incipit eē
quod non erat: ⁊ deſinit eē quod
erat. Ro. v. Si qua in xp̄o noua
creatura. ⁊c. Nec ſolum debet eē
religioſus mutatus q̄ꝫtuz ad rea-
tū culpe eo mō quo loquit̄ Gre-
go. dicta Omel. di. q̄ ſi luxurio-
ſus conuerſus eſt ad continentiā
ſe mutauit: q̄r hec mutatio neceſ
ſaria ē omni penitēti. Uerte inḡt
impios ⁊ non erunt. prouer. xij. O
ſed debet eſſe mutatus q̄ꝫtuz ad
concupiſcētie appetitū ⁊ motum
p̄ut eſt poſſibile in hac corrupti-
bili vita: vt poſſit dicere cuz apl'o
viuo autem iam nō ego. Gal'. ij.
Sic enim debet eſſe mutatus: vt
ſuperbia: ira: impatientia: ⁊ vitia
alia: ⁊ omnium vitiorum concu
piſcentie ſint in eo quaſi extin-
cte: vt ad motus huiuſmodi vitio
rum ſit oīo imobilis: nō ſolū exē
plis ſanctoruz: q̄ ſe ſic abnegaue-
runt: ⁊ in viros alios oīno muta
uerunt: ſed etiam exemplo ph̄oꝝ
vt pȝ. ſ. de ph̄o: quē ſcortū: ſtatuā
vocauit. Et de Diogene: de q̄ le-
gitur in collationibus patrum: q̄

cum quidam intuēs eum diceret
oculi corruptoris: ⁊ in eū diſcipu
li eius irruere vellent: ait. Quie-
P ſcite o ſodales. Et enim ſūʒ talis
ſed cōtineo me. ⁊ de Demoſte. in
Poli. li. xviij. c. vij. dr̄ q̄ preliat⁹
eſt cum rerū natura: ⁊ victor abi
it: malignitatē ei⁹ pertinaciſſimo
animi robore ſuperando. Ita q̄
alterū demoſtenem nā: alterum
induſtria enixa eſt. Et niſi mutet
ſe religioſus: nō erit ſibi plēa pax
in ſeipſo: nec erit perfectus. Vñ
Sen. epl'a. xxix. Animū mutare
debes: nō ſolum: ait poeta aliter
ſequent te quocunqʒ ieris vitia.
Ideo Socrates cuidā querenti:
quare ſibi non pdeſſent peregri-
Q natiōes reſpōdit. Quid miraris
non prodeſſe tibi peregrinatiōes
cum te totū circūferas: te enim p̄
mit eadem cā que expulit. Quid
eni terrarū nouitas prodeſſe po-
teſt? Ideo fuga te nō iuuat: tecuʒ
enim portas onus animi deponē
dum. Non autem tibi vllus pla-
cebit locus. Vadis huc ⁊ illuc vt
pondus excutias qd̄ iactatiōe fit
incomodius. Et ponit exemplū
bonū. In naui onera imota mi-
nus vrgent: inequaliter conuolu
ta partem in qua decūbunt imer
R gunt. Sequit̄ Egros cunctis ⁊c.
Studium ergo religioſi dʒ eē ad
ſe mutandū modo dicto: ⁊ ad vi
tia extirpāda. Quod multi nō fa
ciūt ait Gre. dicta omel. Vidim⁹
inquit quoſdā hitūʒ mutaſſe: ita

vt religioſam veſtem ſumerēt: ſʒ
ante acta vitia non calcarēt: Ire
ſtimulis feraliter agitari: militie do
lore in proximi leſione ferueſcere
de oſtenſis bonis ſuperbire: mū
di lucra inhianter querere: de ſo-
lo exteriori habitu fiduciam ſan-
ctitatis habere.

¶ Capl'm tertiū. De cultura cor
dis: ⁊ interiori exercitatione.

Tez debet eſſe in religio S
ſis ſpūalis cultura cordiſ
quaſi agri vel horti exer
citando: qa ⁊ hoſtis ſuperſemiat
ʒiʒania ſuggeſtionū: ⁊ ab int⁹ pul
lulant ſeminaria vitiorum ⁊ qua
ſi ſcaturiʒant ebullientes libidies
cōcupiſcentiarū. Idō niſi cor ex-
colatur quaſi hortus ſpūalis ſur-
gunt peccata: ⁊ opprimunt bona
que fiūt. puer. xxviij. Per agrū
hois pigri tranſiui. ⁊c. Ecce totuʒ
repleuerant vrtice. i. ardores libi-
dinum. ⁊ ſpine. i. punctiones cu-
pidinū ⁊ maceria diſſipata. ſ. cu-
ſtodia diſciplinarū. Ad modum
ergo induſtrij agricole debet re-
ligioſus animam ſuam excolle-
re: vitia extirpando: ⁊ virtutes in
ſerendo. Ideo dr̄ ibi. Diligenter
exerce agrum tuum. Et hoc non
ſolum exemplo ſanctorum pbuʒ
ſʒ etiā phorum. vnde Apuleus li
bro de deo Socratiſ. Nihil eque
miror. q̄ cuʒ omnes cupiāt opti
me viuere: ⁊ ſciant non alia re vi
ui' q̄ animo: nec fieri poſſe: gn
vt optime viuas: animus colen-

dus ſit: tamē hoīes animum ſuū
non colūt. Et ponit exempla. Si
quis velit acute cernere. oculi cu
randi ſunt quibus cernit. Si qs
ptinaciter currere vult: pedes cu
rādi ſunt. Si pugnare velis: bra
chia vegetanda ſunt: ⁊ ſic de aliis
membris. Cur ergo hoīes aīam
ſuam .i. rationem. non excolant:
X que ratio viuēdi omnibus neceſ
ſaria eſt? Ubi proſequitur: ꝙ non
ſit animus bonus nec per bona
exteriora: nec per bona corporis
ſed bonis artibus doctus ⁊ opti
me eruditꝰ: ⁊ q̄tūlibet homo ſa
piens ⁊ bene conſultus. hec inqt
omnia: meus ſocrates habuit: ⁊
īō cetera habere contempſit. Lo
quitur aūt vt phūs. Si eni cura eſt
homini de agro excolendo: ſiue
de equo mundādo: multo magis
debet eſſe de animo Unde Au
lus gelius. li. ii. Si qs agruʒ ſuū
paſſus fuerit ſordeſcere: eūq; in
diligenter curauerit. nec arauerit
nec purgauerit. ſiue qui arborem
aut vineā habuerit derelictuʒ: idē
non ſine pena ferret. Item ſi qs
equū habet macilentum aut in
nitidū: impolitie notatur. i. incur
Y rie. hec ibi. Multo magis q̄ ani
mum dimittit incultum debet no
tari incuria. Religioſus ergo cor
ſuum excolat vt ſit arbor faciens
fructus bonos Mat. vii. Ut eni
dicit Aug. de verbis dn̄i ſermōe
xii. Quid ꝓdeſt plena archa bo
nis: ⁊ inanis ſit ꝯſcia? Bona vis
habere, ⁊ tu bonus eſſe non vis?
Erubeſcere debes de bonis tuis
ſi domus plena bonis te malum
habet dn̄m. ⁊ concludit ꝙ bona
exteriora ſi poſſent clamare con
tra dominū ſuum: interpellarent
ante deuʒ. Ecce dn̄e tot bona de
diſti huic: ⁊ ipſe malus eſt. Ideo Z
Abacuch. iii. Lapis de piete cla
mabit. ⁊c. Ideo ibi Augu. Quid
ei prodeſt qd̄ habet: q̄ euʒ q̄ om
nia dedit nō habet? Quid ꝓdeſt
ſtulto habere diuitias: cum ſapiē
tiā emere non poſſit? Ecc. v. Stu
dium ergo continuum religioſo
ſit: cor ſuum excolere modo dc̄ō
ad cor ſepe redeundo: ⁊ illud in
ſpiciendo.

¶ Capl'm quartuʒ. De ſcrutinio interiori.

Uartum qd̄ eſt neceſſa
rium religioſo: eſt ſuiip
ſius per internum ſcru
tiniuʒ ſubtilis diſcuſſio: ⁊ vera co A
gnitio. Uitia enim ſe ſimulāt ſepe
virtutes ait Greg. mor. xxxi. po
nens exempla: ꝙ diſſoluta remiſ
ſio: quaſi māſuetudo ⁊ pietas ha
betur: effuſio: mīa creditur: ma
lorum pertinatia: conſtantia dici
tur: timor incompetens: humili
tas putat: vocis ſuperbia: vera li
bertas eſtimat: ⁊ pigritia. q̄nq;
quaſi gētis continentia attendit
⁊ ingetudo: vigilantia nominat
⁊ ſic de aliis prout ibi enumerat.
Ideo religioſus dʒ ad cor ſuum
redire: ⁊ reuocare meditationes

affectionesſ:actiones: ⁊ oēs circū ſtantias quaſi ad aiuȝ. Job.xxxiiij. Non eſt in poteſtate hominis vt veniat ad iudicium. Ubi
B Grego.mor.xv. qualiter ſe debȝ homo iudicare interius ⁊ ſcrutari vbi ait. ꝗ ibi conſcia accuſat: rō iudicat. timor ligat: dolor excruciat. Et quaſi idem: dicit Aug. de pnia. Conſtituto inquit in corde iudicio adſit accuſatrix cogitatio teſtis conſcia: carnifex timor. Jnde quidam ſanguis anime ꝯfitentis per lacrymas profluit. Jō de ſanctis animalibus dr: ꝙ corus eorum plenum erat oculis. propter dictum ſcrutinium: prout exponit Greg. ſuper Eze.li.i.omel. vij.⁊.xxij. Ubi exponit ꝙ dominus ait ſanato. Uade in domuȝ tuā. Et de hoc ſufficienter Hug. de clauſtro aīe. Sicut inquit con
C uentus vt errata corrigat: ſtatuta hora capitulum confluit: ſic mentis rō cogitationes omnes ad ſecreta animi ⁊ cordis reuocat: vt incorrigibiles eijciat: corrigat ingetas: negligentes emendet. Et in hoc caplo: abbatis locū poſſidet ratio. Jſa.xlvi. Preuaricatores redite ad cor ⁊.xliij. reduc ad memoriam: vt iudicemur ſimul. Et i.cor.xi. Si noſmetipſos diiudicaremus: nō iudicaremur. Et pĺuer.xij. Cogitationes iuſtorū ⁊c. Econtra eſt de multis q nolūt ſe iudicare modo dicto vł ſcrutari. Jſai.lix. Non eſt iudiciuȝ in greſſibus. Et ad hoc iudicium diſcutiēdū debet homo redire ad cor: vt dictum eſt. Ecc.xxxvi. precurre prius in domū tuam: ⁊ illic aduocare: illic lude. Eze.lx. labia eorum reflexa interius per circuitū
Loquit̃ de labijs menſaruȝ. Ubi li.ij.omel.ix. Bene qualiter qſꝗ debet redire ad cor: ⁊ reflecteř labium: recogitando dicta ſua ⁊ facta. Qđ dȝ facere religioſus non ſolum exemplo ſcōꝝum ſed etiā phoꝝum. Ut enim ait Sen.iij. de ira. Animus quottidie ad rationem reddendam euocandus eſt Faciebat hoc Sixtius: vt ꝯſumata die: cum ſe ad nocturnam gentem recepiſſet. interrogabat aiuȝ ſuum. Quod hodie malū tuū ſanaſti? Cui vitio obſtitiſti? Qua pte moderatior es? deſinet ira: vel moderatior erit: cum ſcies te qttidie ad iudiciū veniendū. Hāc vero diſcuſſionem impedit occupatio ⁊ euagatio ad exteriora: Ait Greg. ſuper Eze.li.i. Omel.xi. dicēs: ꝙ ſicut cōcuſſa aqua: ymaginem inſpicientis non reddit. ſed ſolum cum eſt quieta: ſic anima non deprehendit ſe niſi cum eſt quieta. D

¶ Caplm quitū. De vera ſui cognitione.

Conſequenter debet eē i religioſis proprie cogitationis ſtudioſa inquiſitio ⁊ ſui ipſoꝝum luculenta diſcuſſio E
Recognitio enim inuenitur per

precedēte

precedentem ⁊ ſubtilez diſcuſſio nez.ij.cor.vl.Ipſi vos ꝓbate an cognoſcatꝭ vos metipſos.⁊c.hec enim cognitio dꝫ eſſe quaſi ꝑma ria poſt dei cognitionez in hoie. Jdõ orabat Augu.in ꝑncipio ſo ſiloquiorũ.Nouerim te dñe:no uerim me.De q̃ cognitiõe Ber. ſuper Cant.omel.xxxvi.Volo ꝓ inde aiaꝫ prio omniũ ſcire ſeipaꝫ Qđ poſtulat rõ ordinis: qꝛ ſi qđ nos ſum⁹ primũ nobis eſt.Et rõ vtilitatis:qꝛ talis ſcientia non in flat:ſed humiliat: ⁊ eſt quedã pre paratio ad edificandũ.Hec eniꝫ eſt phĩa religioſi:ſeipſum cogno ſcere.vt enim dicit Yſac de diffi nitionibus: phĩa eſt cognitio ſui ipſius ab homine. vñ ⁊ apud gẽ tiles in fronte templi fuit ſcriptuꝫ ex ſentẽtia Delphici oraculi ideſt Apolinis.Fertur hec vox ꝯſulen ti q̊ itinere ad beatitudinẽ ꝑueni ret. Si te inquit agnoueris: ait Macrobi⁹li.i.hoc enim eſt ora culũ Apolinis:qđ deſcendiſſe de celo credit Notiſclotos.i.ſcire te ipſum.ait Poli.li.iij.c.ij.Cui cõ cordat Juuenalis dicẽs.De celo deſcendit notiſclotos.Ad hãc er go cognitionẽ de ſeipſo habendã ſtudere dꝫ religioſus:qꝛ talis ſciẽ tia nõ inflat.vt dictuꝫ eſt a Ber. vbi ait.Supbiã tibi parit ignorã tia tui:cũ meliorẽ q̃ ſis decepta: ⁊ deceptrix tua te cogitatio eẽ mẽ titur.Et Aug.iiij.de ci.c.i.Sciẽ tiam celeſtiũ ⁊ terreſtriũ reꝝ ma gis eſtimare ſolet gen⁹ humanuꝫ in qua ꝑfecto meliores ſunt:qui huic ſciẽtie ꝑponũt noſſe ſeipos. Laudabilior eſt anim⁹:cui nota eſt ſua infirmitas:q̃ q ea nõ re ſpecta:vias ſyderum ſcrutat:eas etiã cognitur⁹.Stulte ergo agũt laborãtes ad habẽdã cognitionẽ reꝝ exterioꝝ omniſſo ſtudio:ac quirendi ſciam cognitionis ſui ipſoꝝ:quã nullus habere põt:ni ſi ad ſe redeat.Vt.n.dicit Greg. mor.xxxi.cognoſcere ſe non põt aĩa q̃ tota apđ ſe non eſt: ⁊ niſi ẽt diuine luci appropinquet.Et mo ral.xxviij.Lucẽ dꝫ aſpicere qui vult de tenebris iudicare. Jdeo Abraaꝫ loquẽs cũ dño cognouit fragilitatẽ ſuã Geñ.xviij.loquar inquit ad dñm meũ:cũ ſim pul uis ⁊ cinis.

G

¶ Caplm.vi.De vera humilita te quid ſit: ⁊ qualis eſſe debet.

Ex hac cognitione oritur vera humiliatio que eſt neceſſaria religioſis: ait Ber.vbi.ſ.Et Gre.mora.xxiij. vera ſcientia afficit non extollit: ⁊ quos repleuerit non ſupbiẽtes ſed lamentantes facit.Qui eniꝫ addit ſciaꝫ addit ⁊ doloreꝫ. Ecc. primo.vnde hũilitas eſt virtus: qua veriſſima ſui cognitione ſibi ipſi quilibet vileſcit: ait Ber.de gradibus humilitatis. Siue:hu militas eſt cõtẽptus excellentie: ait ibidem.Bona enim via hu militas:qua veritas inquirit:cha

H

ritas acquiritur: ſapientie generationes participant. ait ibidē poſt. Et ibi ſufficienter de humilitate qualꝭ eſſe debet: ⁊ q̄ neceſſaria ē
I De qua Anſel. de ſilitudinibus. c.xcvij. Ubi pōit. vij. gradus humilitatis. Quoꝝ prim⁹ eſt cognitio ſui. Secūdus dolor de culpis perpetratis: Terti⁹ peccatoruꝫ ⁊ defectuum confeſſio. Quart⁹ voluntaria pſuaſio. ſ. ꝙ ſit peccator Quintus confeſſio: ꝙ ſit cōtemptibilis. Sextus patiētia in ſuſtinendo iniuriam. Septim⁹ amor quo ſe amet humiliari ⁊ ꝯtemni Illa enī3 que hos habet gradus eſt vera humilitas. vnde Greg. ꝑmo dial. c.xv. de humilitate Cōſtantij ait: ꝙ quidam audiens famam eius cū veniſſet videre eū: aſpiciens eius cōtēptibilē pſonā ait. Ego grandem homine3 credidi: iſte nihil hab3 de hoīe. Qd
K audiens ille gratias egit ei dicēs. Tu ſolus es: q aptos in me oculos habuiſti. Q̄te ergo humilitaꝭ fuit: ait Greg: ꝙ deſpicientem ſe amplius amauit? Qualis. n. q̄ſq3 apud ſe lateat: contumelia illata ꝓbat. Na3 vt ſuperbi honorib⁹ ſic ⁊ humiles ſui deſpectione gratulantur. Multi vo eſtimant ſe habere veram humilitatem qui non habēt niſi vmbrā: ait Hiero. epl'a. xxvij. vn̄ dicit. precipue fictam humilitatem fugiens ea3 ſectare que vera eſt quā xp̄s docuit. Seqtur. Multi v̄tutis huius vmbram: veritatem pauci ſectantur. Et poſt. Auferantur oīa L
figmenta verboꝝ: ceſſent ſimulati geſtus: virū humilem patiētia oñdit iiuria ⁊c. Uera hūilitas eſt eſtimare ſe nihil eē ait Aug. ſup Jo. omel. i. ⁊ idē d̄ vera inocētia hūilitas vera eſt: i nullo murmurare: in nullo ingratum eſſe vel querulū: ſed in omnibus dei iudicijs gr̄as agere. Item Augu. epl'a. xxxiij. dn̄. di. ꝙ non eſt alia via ad capeſcendam ⁊ obtinēda3 veritatem q̄ humilitas. Et quotiens iterrogares: dicerē: ꝙ hec eſt via ſcilicet humilitas. Nō ꝙ
M non ſint alia precepta: ſed niſi humilitas oīa que bene facim⁹ ⁊ ꝓceſſerit: ⁊ comitata fuerit: ⁊ cōſecuta ⁊ ꝓpoſita quā intueamur: ⁊ appoſita cui inhereamus: ⁊ interpoſita qua reprimamur: iam nobis de aliquo bono facto gaudētibus: totum extorquet de manu ſuperbia. Sequit. Sicut rhetor nobiliſſimus interrogatus quid pmū ſeruari debet in eloquētie ꝑceptis reſpondiſſe dr: ꝓnūciationem. Et ſecūdo cum quereret reſpondit idem: ⁊ cū tertio: idem
N reſpondiſſe fertur. Sic quotiens iterrogares me de ꝑceptis xp̄iane religionis: nō aliud rn̄dere libet niſi humilitate3 ⁊c. De mira quoq3 humilitate ſanctorum patrum legitur in vitis eorūde3 patrum lib. ij. c.xv. per totū. Sicut de quoda3: a quo cū quereretur

quomodo hanc humilitatē acq-
O ſierat: vt cū emergeret tribula-
tio in monaſterio non loquebat̄:
reſpōdit. Qñ itraui: dixi animo
meo. Tu ⁊ aſinus vnum eſtote.
Sicut ergo ille vapulatur ⁊ non
loquitur: iniuriā paſſus nō mur-
murat: ſic ⁊ tu fac. Ps. Ut iumen
tum factus ſū apud te. ¶ Et ibi
de alio: qui expulſus d̄ domo exi
bat: reuocatus veniebat: ⁊ requi
ſitus quid cogitaret: reſpondit ſe
ſimilem eſſe cani qui ſic facit. Et
ibi de conſimilibus operibus pa
trum. vnde ⁊ fugiebant loca vbi
honorabant̄ ad loca ignota. Si-
cut narrat Caſſian⁹ .iiij. collatio-
P num de abbate Paphnutio: ꝙ
cū eſſet presbyter in magno ceno
bio i egypto: q; honorabilis erat
ibi: videns ſe humilitatem exer
cere nō poſſe fugit aſſumpta ve
ſte ſeculari ad cenobiū qđ ſciuit
diſtrictius. Ubi cū difficultate re
ceptus: excoluit hortū: ⁊ hume
ris ſuis ad paſtinandū ſterc⁹ por
tabat. Et poſt ibi cognitus flens
diſceſſit dicens: ꝙ inuidia dyabo
li: tali fuiſſet humilitate fruſtrat⁹
Et iterum fugit ad ptes paleſti-
ne vbi nec nomē ei⁹ fuerat audi-
tum. ¶ Cōſimile legitur de bea
to Machario libro qui dicit̄ pa
radiſus: ꝙ fugit ⁊ iuit ad pacho-
miū vt eū reciperet inter mona
Q chos. Cui cum diceretur: ꝙ nō
poſſet ſenex ſuſtinere labores eo
rum: reſpondit. Si me inferiorē
videris expelle. Et cū eſſent ibi
quadringenti monachi: ⁊ ali⁹ te-
iunaret biduano ieiunio. ali⁹ alio
modo: ipſe ſtabat in vno angulo
vſq; ad finē quadrageſime: nō
panem vel aquam guſtans: non
genua flectens nō iacens: ſed tā
tū folia cruda: dominica die ſu-
mēs cū ad neceſſitatem vite ibat
ſtatim remeabat non os aperiēs
nec alicui loquens: ſed corde iu-
giter orans: illud operis qđ tene
bat in māibus efficiēs. Alijs v̄o
de eo conquerentibus abbati pa
chomio: orauit abbas: vt de⁹ re-
uelaret ſibi quis eſſet. Qui com-
perto: ꝙ Macharius eſſ;: duxit
eū ad oratorium: ⁊ ait. Gratias
ago tibi. q; colaphos infantibus
matris dediſti: ne magnum aliđ
in ꝯuerſatione ſua putarēt. Mi-
rifica igitur humilitas ſanctoꝝ R
patrū: ſed mirificentior ſine cō
paratiōe filij dei humilitas: qua
ſeipſum humiliauit vſq; ad mor
tem ad quam docendam deſcen
dit de celis: ait Augu. ſuper Jo.
omel. xxij. di. vt omniū morboꝝ
cās curaret: deſcendit filius dei: ⁊
humilis factus eſt. Sequit̄. Pu
det te imitari humilem hominē:
ſaltem imitare humilem deum.
Et omel. ij. Xp̄us crucifixus eſt:
vt humilitatem doceret. Religio
ſi igitur ſint boni diſcipuli in ſco
la humilitatis: magiſtrū: de hu
militate legentem: ⁊ ad eam hor
tantem audiant humiliter: intelli

gant veraciter ꝛ retineãt memoꝛi-
ter: impleant ꝛ pficiãt efficaciter
Math.xi. Diſcite a me qꝛ mitis
ſum ꝛ humilis corde. Et de hoc
Gre.moꝛ.xxxiiij. Iſta humilitas
btus eſt: pp quã ſolam veraciter
edocendã: q ſine eſtimatiõe ma
gn⁹ eſt: vſqꝫ ad paſſionẽ puulus
fact⁹ eſt. Idẽ dicit.v.regiſtri.

¶ Capl'm.v. De oꝛonis deuotõe

Ec iſta ſufficiũt religio-
ſo: niſi ſit oꝛonis feruoꝛ
ꝛ deuotio vacãdo deo et
diuinis. Qualis aũt eẽ debꝫ orãs
ſcilicet a vitijs imaculatus: ꝛ deo
T accept⁹. Reſpexit inquit deus ad
Abel ꝛ ad munera eiuſ Geñ.iiij.
pus.n. reſpexit ad Abel: poſtea
ad munera: qꝛ ex dãtis corde: id
qð dat acceptat: ait Gre.moral.
xxij. Et idem in tractatu de pnĩa.
Similr ibi: qualis dꝫ eẽ oꝛo: ꝛ d
fructu oꝛonis. Ad pñs aũt notã
dũ: ꝙ religioſus dꝫ eſſe deuotus
in oꝛone cõi ſiue canonica ꝛ etiã
puata: peccata ſua recogitando
ꝛ plangẽdo: qꝛ veraciter oꝛare ẽ:
amaros genit⁹ in ꝯpũctione nõ
vba ꝯpoſita reſonare: ait Greg.
V moral.xxxiij. ¶ Itẽ dꝫ eẽ deuot⁹
in oꝛone iuſte ꝛ caſte petendo: ꝛ
ſe ſupra ſe eleuando.treñ.iij. Se
debit ſolitari⁹ ꝛ tacebit.ꝛc. Et de
vtroqꝫ. Dama.libro.iij.c.xxviij.
Oꝛo eſt aſcẽſus intellect⁹ in deuꝫ
ꝛ decentiũ petitio. ¶ Itẽ dꝫ eſſe
deuot⁹ in oꝛone: coꝛ ab alijs auer
X tendo: ꝛ ad deũ cõuertẽdo. Oꝛo
enim eſt mẽtis deuotio.i. conuer
ſio in deũ p piũ ꝛ humilẽ affectũ
fide: ſpe: ꝛ charitate ſubnixa: ait
Hugo de ſtudio orandi: vbi ele-
ganter oñdit modũ oꝛandi p to-
tũ. ¶ Eſt autẽ triplex oꝛatio. Ca-
ſta: qua petim⁹ veniã de peccatis.
Caſtioꝛ ſiue magis caſta: qñ do-
na ſponſi petunt. Caſtiſſima: qñ
ſponſus petit: vt põt haberi a co
mentatoꝛe.iij.c. de diuinis nomi
nib⁹. Et de hoc Aug. epla.xlvij. Z
ad pbaꝫ p totũ. Queris inquit: q
lis debet eẽ qui oꝛat: ꝛ qd orãdũ
ꝛ quõ. Sequit. oꝛa beataꝫ vitam
quam oẽs appetũt. Quid.n. aliõ
apoꝛtet oꝛare: niſi qð omnes cu-
piunt: vnã petij a dño.ꝛc. Qualr
aũt orãdũ ſit: ſubdit. Hoc nego
tium plus gemitib⁹ ꝙ ſermoni-
bus agitur: plus fletu ꝙ affatu.
Et ibidem. Abſit abſit ab oꝛone
multa locutio: ſed nõ deſit mlta
pcatio. ꝛ feruens pſeueret inten-
tio. Et p⁹. Mltũ aũt pcari ẽ: euꝫ
quẽ pcamur diuturna ꝛ pia coꝛ-
dis excitatiõe pulſare. Job.xxxi.
Quis mihi tribuat adiutoꝛiũ vt
deſideriũ meuꝫ oꝑs tribuat: vbi
Gre.moꝛa.xxi: vera poſtulatio ẽ A
nõ in oꝛis vocib⁹: ſꝫ in coꝛdis co
gitationib⁹ valẽtioꝛes voces apð
dei aures nõ faciũt vba: ſꝫ deſi-
deria. Iõ dr Moyſi Exo.xiiij.
Quid clamas ad me.ꝛc. Et de
Anna.i.Re.i. dr: ꝙ vox ei⁹ non
audiebat. Iõ ẽ Mat. Intra
i cubiculũ tuũ.ꝛc. De neceſſitate

aſſit o͛onis ꝛ ꝯtinuatōe ait Sal-
uator Luc.xviij. Oportet ſemꝑ
orare ꝛ nō deficere. Et.i.theſ.v.
Sine intermiſſiōe orate. Et ꝑs.
B Semper laus ei⁹ i ore meo. Ubi
noie o͛onis intelligunt bōa opa
ſm gloſas ibi.vñ Augu. de ꝑfe-
ctione iuſtitie dicit ꝙ o͛o eſt ois
rō ſancti Deſiderij. Cōtinue er-
go orandū ē dictis mōis: ſiue ac
tualiter orando. prout oratio di-
citur oris ratio ſm Caſſio. ſuper
pſal.lxij. ſiue mentaliter deſiderā
do ꝑs. Deſideriū pauperꝝ exau-
diuit dñs: ſiue bñ operando gloſa
ſuꝑ dictū v͛bū Luc. Nō deſinit
orare q̄ nō deſinit bñfacere. Et.i.
cor.vij. Gr͂as agētes ſemꝑ ꝑ vo
bis. Suꝑ qd̓ Haymo dic͂: ꝙ ꝑꝑ
aſſiduitatē quā ꝑ ſingulos dies ꝛ
C noctes referebat. hoc ait. Quia i
ſcripturis patrū legim⁹: ꝙ Apo.
vſqꝫ ad q̄ntā diei horā labori ma
nuū iſiſtebat: ꝛ ab illa hora vſqꝫ
ad decimā ꝑdicationi opam da-
bat: ꝛ poſtea ꝓcurabat pauperꝝ ꝛ
ꝑegrinoꝝ hoſpitalitatē: ꝛ ſui cor-
poris neceſſitatē: ꝑ noctē v͛o ora
tioni iſtabat. ꝑꝑ aſſiduitatē ergo
ꝑdictoꝝ ait: ſe ſemꝑ gr͂as agere:
ꝓut dictū ē. Et de iugis o͛onis
neceſſitate ait Criſo. ſuꝑ Mat.
D omel.xxij. ꝙ ſic eſt de o͛one ſicut
de reſpiratiōe. vt.n. ſemꝑ indige
mus reſpiratiōe: ſic ꝛ o͛one. Et
ſi nō haurim⁹ a deo.ſ. bona: nr͂a
eſt incuſatio. Eſt aūt o͛o ſilis ca
thene: vł funi pendenti de petra

ait Dio. de di.no.c.iij. Sicut.n.
hō aſcēdit ꝑ talē funē ſuperi⁹: ſic
ad deū aſcēdit ꝑ o͛onē vt dictuꝫ
eſt. Jō ſancti pr̄es iugiter orabāt
vigilādo in o͛onib⁹ ſm ꝑceptuꝫ
Saluatoris Math.xxvi. ꝛ.i.pe.
iiij. Vigilate in o͛onib⁹. ꝛ hoc in E
ſpū ꝛ v͛itate. Jo.viij. vñ ꝛ ſalua-
tor ꝑnoctauit in o͛one Math.
xviij. ꝛ Luc.v. Siue ꝯ mala imī
nētia. Siue ad bona poſcēda. ſi
cut fec͂ Moyſes ſtās ſupra v͛ticē
collis ſub cui⁹ manu lapis fuit ſuꝑ
poſit⁹ ne laſſaret. Exo.xvij. Suꝑ
qd̓ Criſo. in ſmōe de o͛one dñ.
vñ legit in vitis patrū ꝑte vlti. ꝙ
F cū Julian⁹ apoſtata mitteret de-
monē quēdā: vt ſibi rñſuꝫ de ori
ente portaret tranſiēs ſupra vbi
erat publi⁹ mōach⁹ orās: nō po
tuit vltra ire: ſꝫ ſtetit imobilł: illo
cōtinuāte o͛onē ꝑ decē dies: re-
uerſuſqꝫ ē iperfecto negocio ad
Julianū. Cui cū diceret: ſe ipedi
tū fuiſſe a publio orāte. irat⁹ Ju-
lian⁹ cominat⁹ ē publio mortem
ſed iſ͛e in breui iterēpt⁹ ē. Timeāt
ergo religioſi q̄ o͛oni iſiſtere no
G lūt: ne ab hoſte trahant. Sicut le
git de diſcipulo beati Benedicti:
quē ethiops de oratorio extrahe
bat.ij.dial.

¶ Cap'm.viij. De ſeptē ꝯditiōi
bus q̄ o͛onem faciūt efficacem.

V T aūt o͛o cōſequat effe
ctū: ſeptē ſūt neceſſaria.
Debet.n. eē in corde orā
tis v͛tus charitatiſ. ¶ Item deb͡ꝫ

H ē irreꝑhēſibilitas.ↄſcie ſiue cor/
dis.i.cor.iij.Si cor nr̄m nō reꝑ
hendit nos:fiduciā habem⁹ quia
qcqd petierimus accipiem⁹.⁊.i.
thi.ij.volo:viros orare in oi lo/
co leuātes.puras man⁹.¶ Itez
dz eſſe irredibilitas ad peccata q̄
plāgunt in oṫone.Gre.moral.x.
Cū male geſta defleueris:neq̄
ꝙ rurſuz facias quod in ꝑcibus
ſtep plāgas.¶ Itē dz eē recōci/
liatio offenſi ffis Mat.v.Cum
offers mun⁹ tuū ad altare:⁊ re/
cordar⁹ fueris ꝙ ff tu⁹ ⁊c.¶ Itē
debz eſſe ordinabilitas petitiōis
petēdo vnū qđ ē neceſſariū.Io.
vi.Si qd petieritis pfez in noīe
I meo dabit vobis.i.Si petieritis
illō qđ eſt vep.ſ.bonum:Ait ibi
Aug.omel.iij.ꝑmū ingt q̄rite re
gnū dei Mat.vi.¶ Itē dz eē ꝑ
fectibilitas opis.Iob.xxviij.Ne
ꝙ reꝑhendit me cor meū in oi
vita mea.vbi Grego.mor.xxvi.
Si illud quod precipit deus faci
mus:⁊ quod petim⁹:apud deuz
obtinebim⁹.Hec enim ↄgruūt:
vt ⁊ oṫone operatio:⁊ operatiōe
oratio fulciat.treñ.iij.Leuemus
corda cū manibus. Corda cum
K manibus leuat.qui orationē ſuaz
opere roborat.¶ Itē oportet vt
ſit indefeſſa pſeuerantia oratiōis
Luce.xi.Si perſeuerauerit pul/
ſans.⁊c.Sequitur.ꝙ ꝑpter im/
probitatem eius ſurget:⁊ dabit ei
his enim concurrentib⁹:erit ora
tio efficax ad deū. Predicta.n.
ſeptem.ſ.mundialium elongatio
Sui abdicatio.perfecta mutatio
⁊ ſic de aliis:ſunt ſeptem gradus
quibus religioſus aſcēdit ad cul
men perfectionis. Eze.xlij.erat
ſeptem graduum aſcenſus eius. L
hec ſunt ſeptem columne ſuſten
tantes ipſam religionez quas edi
ficat ſapientia in domo ſua pro/
uerbiop.ix.

¶ Sexta diſtinctio.De vite reli/
gioſe vtilitate.

¶ Capl̄m.i.De premiis religioſo
rum magnitudine.

Ex predictis patet reli/
gionis comoditas:ſi/
ue vtilitas viuentib⁹
in ea perfecte. Tuz qz
maior ibi ſecuritas.tū
qz maior apđ deū perfectibilitas
Tum qz recōciliationis ad deuz
maior facilitas. De quib⁹ Anſel.
de ſilitudinibus.c.lxxvij.dicit:ꝙ
diabolus impugnat fideles:⁊ ad
modum ville eſt xp̄ianus:caſtrū
vo monachus:diuigio in caſtro
angelorum:conuerſatio.In vil/
la ſunt domus inualide:in caſtro
ſecuritas:diuigionē q ſemel aſcē/ M
dit non licet redire.Maior ergo
ſecuritas in caſtro religiōis q̄ i
villa inferiori.Ibidem etiam ex/
emplificat: ꝙ ſimilitudo ē inter
deum ⁊ regem quendam:cui q
dam ſeruiunt:ſed nolunt ꝑmitte
re:ſe ei eſſe fideles: ne maior ſeq̄
tur vindicta ſi peccauerint: Alij
vo ſeruiunt ⁊ promittunt ſeruire

fidelitér. ⁊ ſi peccauerint: parati
ſunt ſuſtinere maiorem penam.
quales ſunt religioſi. Ibidez po/
nit aliud exemplum de duob⁹ ha
bentibus poſſeſſiōes: quoꝝ vn⁹
nihil vult habere propriuz in ſua
poſſeſſione: alius vͦo vult: qꝛ non
tantū diligit dominū ſuuz: quin
velit habere proprium. ⁊ ſi dicat
primo domin⁹: q̄to familiarior
eras tanto minus debuiſti pecca
re: ⁊ plus puniri: reſpondebit ve
rū eſt q̄diu non penitui. Sz me
modo in penitētia trado: iō ma/
ior debet mihi miſericordia fie/
ri. Quod dominus cōcedet. Si
militer ponit exemplum de duo/
bus habentibus duas arbores:
quorum vnus dat arborem cuz
toto fructu dn̄o ſuo: alter vͦo col/
ligit ſibi de fructu arboris q̄tuz
vult ⁊ q̄tū vult dat dn̄o. ꝓm⁹ de
bet magis dn̄o eſſe accept⁹. ⁊ ibi
alia bona exempla de hoc. Ex q
N bus patet eminētia ſtatus religio
ſoruz reſpectu ſecularium. Caueāt
tamen religioſi: ne abutantur ſta
tu ſuo: ⁊ ne ſint impenitentes ſi
peccauerint: qꝛ tunc magis meri
to punirent: vt patebit infra. ex di
ctis etiam patet premij bonoruz
religioſoruz ſupereminentia. Si
cut legitur in vitis patrum parte
xviij. de ſancto patre: q vidit qua
tuor ordines in celo ſcilicet infir
mantiū ⁊ gratias agentium: ho/
ſpitalitatem ſectantiū ⁊ miniſtrā
tium. in ſolitudine conuerſantiuz
nec homines videntium: ⁊ eorū
qui ad obedientiam patribus ſpi
ritualibus ſe ſubiciunt. Quorum
ordo vtebatur torque aurea ⁊ co
rona. Qͦ videns ait illi qui ſibi O
hec oſtēdebat. Quomodo ordo
ille maiorez gl'iam habet q̄ alij?
Reſpondit: q qꝛ alij ſm ꝓpriaz
voluntatem fecerant opera ſua:
ille aūt ordo poſuit voluntatē ſuā
ad deum: ⁊ ad iuſſionem patris
ſpiritualis: iō maiorez habet glo
riam. Tales eniz pauperes volū
tarij: ⁊ abdicantes voluntatē pro
priam ꝓpter deum erunt iudices
cum filio dei. Iob. xxv. Iudiciū
pauperibus tribuet. vbi Grego.
mora. xvi. loquēs de quatuor or/
dinibus in iudicio dicit: q alij iu
dicantur ⁊ pereunt: alij non iudi
cantur ⁊ pereunt: alij iudicantur
⁊ regnant: alij vͦo non iudicant P
⁊ regnant. De quibus Mat. xix.
Uos qui ſecuti eſtis me ſedebitis
⁊c. Sequit cā. Relinquētes eniz
omnia plus ꝓmpta deuotione ex
ecuti ſunt. q̄ iuberi gn̄alr audie/
runt. Ideo Math. eodē. c. dicit
dominus. vade vende omnia q̄
habes: ⁊ da pauperibus: ⁊ habe
bis theſauros in celo. ⁊c.

¶ Capitulum. ij. De peruerſita/
te: ⁊ pena eoruz qui male viuunt
in religione.

Sicut merito amplius
e eſt glorificandus bonus
religioſus: qꝛ magis per
fectus: ita religioſus praue viuēs

ꝛ peruerſus: magis eſt puniẽdus
q̃to eniꝫ gradus altior: tanto ca-
ſus grauior: ait Ber. ad Eugeni.
Que enim inquit maior peruer
Q ſitas ꝙ̃ poſt perfectionis noticiã
ꝓmiſſionẽ ꝛ obligationẽ: poſt ſa
cri habitus volũtariaꝫ ſuſceptio-
nem: poſt exemplorꝝ virtuoſorũ
patrũ precedentium mltimodaꝫ
perfectionem: poſt mundi ꝛ mũ
dialium dimiſſionem poſt man-
ſionem in collegio ſanctorꝝ ꝛ loco
ſancto habitationẽ: redire ad pec
cata ſicut canis ad vomitũ ꝛ ad
ea que ſeculi ſunt: cuꝫ dominus
dicat Luc. ix. Nemo mittẽs, ma
num ad aratrum. ꝛc. vnde vxor
R Loth aſpiciẽs retro: verſa eſt in
ſtatuam ſalis Gen. xix. Et qui ta
les ſunt: hypocrite peſſimi ſunt ſi
miles ſepulchris dealbatis plenis
omni ſpurcitia. Math. xxiij. Et
ſicut falſi denarij iter bonos: qui
deprehenſi falſi: in ignẽ mittunt.
ait Anſel. de ſimilib᷒. c. xxv. Si-
militudo eſt inter denariuꝫ ꝛ mo
nachum. Sicut enim denarius
debet eſſe ex puro ere: recto pon
dere: ꝛ legiptima moneta: ſic in
S monacho debet eſſe puritas obe
dientie quo ad primuꝫ: ſtabilitas
boni ꝓpoſiti quo ad ſecundum:
ꝛ habit᷒ monachalis quo ad ter
tiũ. Et ſicut falſus denari᷒ depre-
hendit eſſe falſus quãdo in ignẽ
mittitur: ſic ꝛ religioſus cognoſci
tur falſus in igne laboris ꝛ tribu-
lationis. Magna ergo peruerſi
tas: ſub habitu religionis ſecula-
riter viuere: poſt tot oportunita-
tes ꝑdictas bene viuendi: ꝛ ma
gna coſuſio poſtea dominari cũ
ſecularibus vel amplius illis. vn
de legitur in vitis patrum parte. T
iij. de quodaꝫ: qui cum vellet cõ
uerti: ꝛ mater ꝓhiberet dicebat:
Uolo ſaluare animam meaꝫ: nec
matri acquieuit: ꝛ factus eſt mo-
nachus ſub negligentia vitaꝫ ex-
pendens. Contigit auteꝫ: ꝙ ma
tre mortua: ipſe infirmatus ẽ. Et
factus in extaſi ducitur ad iudici
um. vbi vidit matrem cuꝫ his q
iudicabãtur. Cui mr̃. Quid filij
ꝛ tu in hũc locũ veniſti: vbi ſunt
ſermones tui quib᷒ dicebas: ſal-
uar volo aĩaꝫ meã: Quod ille au
diens confuſus eſt: nec habens
quid reſponderet matri: ipſo do
lore: ſtupidus fact᷒ eſt. Iuxta vo
dei diſpoſitionem reuixit ꝛ ſanus
factus penituit plorans ꝛ dicens V
Si improperium matris ſuſtine
re non potui: quomodo xp̄i ꝛ an
gelorum ꝫ me in iudicio potero
ſuſtinere. Et permanſit in penitẽ
tia. Ex his patet magnitudo pe-
narum ꝛ tormentoruꝫ peruerſo-
rum religioſorum: ꝛ confuſiões
in iudicio eorum: qui cũ ſolo ha
bitu ꝛ nomie gloriant: theſauri-
zantes iram dei. Job. xxiiij. De-
dit ei deus locum penitentie: ꝛ ip
ſe abutitur eo in ſuperbiã. Apoc.
ij. Dedit ei tempus penitẽtie. ꝛc.
¶ Capitulum tertiũ. De myſte-

rnali ſignificatõe habit⁹ religioſi.

Vilibet ergo religioſus
q conſideret ſtatus ſui cõ/
ditionem ⁊ habitus qua
litatem. ⁊ ſtudeat viuere ſm eoꝝ
exigẽtiã: Ait Anſel. de ſilitudini/
bus vbi .ſ. ꝙ nihil exteri⁹ hituz
pfeſſione vel cõſuetudine habe/
re debet monachus. qḋ non con
ueniat interius habere. Et exem
plificãt: ꝙ viles veſtes ⁊ nigre ſi
X gnificãt: ꝙ reputet ſe vilem pec/
catorẽ. Qḋ ſunt a capite vſq ad
pedes ſignificatꝙ a pncipio vſ/
ꝙ ad finẽ dz eẽ religio vera. Qḋ
ſunt in modum crucis: ſignificat
memoriam paſſionis xpi. Coro/
na ⁊ capillorum tonſura: ſignifi/
cat: eos eſſe reges ⁊ ſacerdotes.
¶ Et de myſterio habit⁹ mona/
chalis Caſſianus multum dicit
primo coll. vbi ait: ꝙ monachuz
vt militem xpi precinctum opor/
tet incedere. Qḋ fuit figuratum
in Helya ⁊ Joanne baptiſta. vi/
litas vo veſtis ſignificat pauper
tatem. Et in vitis patruz parte. x.
dicitur de myſterio habitus mo/
nachalis: vbi dicitur: cucullaz eẽ
ſignum innocentie. hec eſt phia
r ⁊ ſapientia religioſi ſcilicet ſtude/
re: vt ſit vere religioſus: ⁊ ſit ta/
lis interius coram ſummo iudi
ce qualis apparet exterius in pro
feſſiõe. ait Hugo i didaſc. Sim/
plicitas monachi eſt eius philo/
ſophia. Sequitur. vilitas habit⁹
⁊ ſimplicitas vultus: innocentia
vite: ⁊ ſanctitas ꝯuerſationis de/
bet docere homines. predicator
ergo euangelicus alloquens reli
gioſos de predictis conferat cum
eis hortando vt viuant perfecti/
biliter ſm exigentiam pfeſſionis
⁊ ſtatus: vt ſublimentur cuz xpo
iudice diiudicãtes: ⁊ ꝯria dehor/
tando: ne damnentur cum mul
titudine hypocritarum apoſtatã
tiuz. Quibus dicit dñs Math.
xxiij. Ve vobis hypocrite ⁊c.

¶ Septia pars. De exhortatiõe hominũ vt ſint parati ad mortẽ.

¶ Prima diſtinctio. De pparatione ad mortem.

¶ Capitulũ primum. de vite huius labilitate.

Rehabitis variis mo
dis inſtructionum ex
p quib⁹ predicator euã/
gelicus habere poteſt
occaſionem conferẽ/
di vtiliter cum omnibus homi/
nibus ſm ſtatus eorum ⁊ mini/
ſteriorum gradus: ⁊ hoc ſm eta
tum varietates: vt viſuz eſt: nũc
vltimo qꝛ omnes tẽdũt ad mor/
tem: maiores ⁊ minores: ſenes ⁊
iuuenes: diuites ⁊ paupes: inſpi/
ciendum eſt qualiter predicator:
omnes admoneat ḋ his que ſpe
ctant ad mortez. Et qꝛ vita mor/
talis eſt prolixitas mortis: prout
ait Greg. ſuper euange. libro. ij.
omel. xvij. ideo primo admonẽ/
di ſunt homines: ne confidãt de
vite huius durabilitate q̃ eſt erũ/

Z noſa mortis prolixitas. Iſta eniȝ
vita eſt mors viuentiuȝ: vita mo
rientium: ait Aug. iiij. confeſſio.
eſt pũctalis breuitate ꝛ q̃ſi vola
til' tráſit' velocitate ꝛ in tráſeũdo
iugiter deficiens ſine iterpolatio
ne. eſt erumnoſa calamitate: cito
terminabilis ꝺ̃ſecubilitate: incer
ta termiabilitate: ꝛ irredibilis ite/
ratione ante generalem reſurre/
ctionem. Et de his tota ſcriptura
generaliter clamat. Sicut Job.
xiiij. Breues dies hominis ſunt.
vbi bene Grego. moral'. xij. Et
ibidem homo natus de muliere
A breui viuens tempore. vbi ſimili
ter bene Greg. mor. xi. Job. vij.
Dies mei velocius tranſierũt q̃
a texente tela ſuccidit. vbi bñ idẽ
Grego. mora. viij. Job. xvi. Bre
ues anni tranſeunt ꝛ ſemitam ꝑ
quam non reuertar ambulo. vbi
etiam idẽ Grego. moral'. xiij. be/
ne Job. xxxij. Neſcio q̃diu ſub
ſiſtam: ꝛ ſi poſt modicum tollat
me factor me'. vbi bene Greg.
moral'. xxiij. Et Augu. de verbis
domini ſermone. xvi. Breuis eſt
vita: ꝛ ipſa breuitas ſemper incer
ta. Et ſermõe. xvij. Quid eſt diu
viuere: niſi diu torqueri?. Et ſer
mone. xl. Diu viuere quid eſt niſi
ad fineȝ currere? Sequitur. Vita
iſta ſimilis ẽ morti. Et Señ. ep̃la
lxx. Vita breuis: ꝛ quaſi facula:
ꝛ quaſi mors. Idem epiſtola. 50
Et de vite breuitate ac conditio/
nibus predictis ideȝ Señ. de bre
uitate vite per totuȝ. vbi introdu
cit v̓ſus Virgilij. O pͥma queq;
dies miſeris mortalibus eui.
Prima fugit. ꝛc. Monẽdi ſunt
ergo homines ne cõfidant in vi
te huius variabilis durabilitate.
ventus. n. eſt vita mea. Job. vij. B
Quo nihil mutabilius. vbi bene
Grego. mor. viij. Et ſunt admo
nendi exiſtẽtes in peccato: ne diſ
ferant conuerti ad dominũ Ecc.
v. Ne tardes conuerti ad domi/
num. Item Augu. vbi. ſ. ſermo
ne. xvi. Quid differs in craſtinũ
dicens: longa vita erit? Ipſa lon
ga bona ſit: ꝛ ſic melior erit q̃ ſi
lõga: bona non ſit. Si v̓o breuis
ſit: bñ factũ eſt: vt bona ſit. Qua
re vis habere longũ malum. ꝛc.

¶ Capitulũ ſecundum. De ex/
ortatione hominuȝ ad merita cu
mulanda in hac breui vita.

S Imiliter ſunt admonen
di qui boni ſunt: vt in tã
breui vita cumulent me
rita plurima: ſicut monet Eccle.
ix. Quodcũq; poteſt manus tua
inſtanter operare. Et. xi. Mane
ſemina ſemen tuum. Et hoc me C
rito: q2 iminet nox: in qua nemo
poterit operari. Exemplo ſcilicet
laborantiũ in meſſe: qui die deffi
ciente: ꝛ nocte iminẽte: omni ni
xu colligũt manipulos: ꝛ in acer
uos redigunt. Sic debet fidelis
in hac vita deffectibili aggregare
cumulos meritorum. Ps. venien
tes autem venient cuȝ exultatio/
ne. ꝛc. Dum inquit Apo. tempus
habemus operemur bonuȝ gal.

vlti.Ez.eſt de multis:qui predi/
D ctorum obliuiſcentes:ad curam
voluptatum:mundi cupiditatez:
vel tranſitoriuꝫ honorem ſemꝑ
aſpiciunt.Quibus competit exē/
pluz quod ponit Barlaam de fu
giente vnicornē:⁊ cadentez in ba
ratrum:vbi arbuſculaz apprehē/
det:in cuiꝰ radice vidit duos mu
res albuꝫ ⁊ nigrum quaſi eam
effodientes.In fundo videt dra
conem horribilez:ſe deuorare vo
lentez.De pariete vo videt exire
quattuor capita aſpiduz quaſi eū
inuadentiuz.Et eleuans oculos
videt exiguum mellis de ramis
arbuſcule fluere:⁊ omnium obli
tus tradit ſe ad capienduz mellis
dulcedinez:Et adaptat ibi:ꝙ ſic
E eſt de peccatoribꝰ.Quos vnicor
nis ſequens eſt mors.Baratruꝫ
mundꝰ:Arbuſcula menſura hu
mane vite.Que conſumitur mu
re albo ⁊ nigro ideſt die ⁊ nocte.
Quatuor aſpides:quatuor ſunt
elementa:quorum ſi vnū precur
rit deordinatur compago corpo
ris ⁊ diſſoluitur.Draco expectās
diabolus eſt.Stilla mellis:dele/
ctatio carnalis:quaz quidem ac/
quirunt peccatores toto niſu om
nibus alijs oblitis.Quibus dicit
ps.vt quid diligitis vanitatē.⁊c.
Dehortandi ſunt ergo homines
a tali inordinata ⁊ vana inquiſi/
tione:⁊ hortandi ad dictorū me/
moriam:⁊ recogitationez.

¶ Capitulum tertium.De mor/
tis ineuitabilitate.

Einde admonendi ſunt F
d homines de mortis in/
euitabilitate.Quis enīz
eſt homo qui non videbit mortē
ait ps.Omnes enim morimur:
⁊ quaſi aqua dilabimur ſuꝑ ter/
rā.i.Reg.xiiij.¶ Mors enim fuit
pena inflicta Ade ⁊ poſteris eius
quam nullus ab eo propagatus
euadere poteſt.Geñ.ij.Quacū/
ꝗ die comederis ex eo:morte
morieris.Ecc.xviij.Omne opꝰ
corruptibile:i fine deficit.Et ibi.
Generatio alia finit:alia naſcit.
Eccle.primo.Generatio preterit
⁊ generatio aduenit.Nullus er/ G
go confidat de etatis iuuentute:
de virtutis robore:de corporis ſa
nitate:de mundi proſperitate:ꝗa
nulli parcit mors:⁊ eque moriun
tur iuuenes vt ſenes.⁊ ſic de alijs
apoc.xx.Vidi mortuos magnos
⁊ puſillos ſtātes in ꝯſpectu thro
ni.Oēs enim eque vocat mors:
⁊ nō eſt vt effugiamus ictus eiꝰ.
vndiꝗ in nos tela iaciunt:⁊ om
nes reſeruamur ad mortem:ait
Señ.ij.de naturalibus.q.c.vlti.
Unde ⁊ ponit exemplū in libel
lo ad Martiam:ꝙ ſumus ſimi/
les aſcendentibus murꝰ obſeſſuꝫ
multo hoſte.Super quos deſcē
dunt ſagitte:tela ⁊ ſaxa:a quibus
vulneramur:vel cadimꝰ:per qđ
ſignificant varia genera quibus
homines percutiuntur.Mors
enim eſt tributum quod omnes

optet ſoluere: ait Sen̄.v.ꝺ bn̄fi. c.vltio ꝺi.ꝙ mors nature lex eſt. H mors tributum offitiꝗ mortaliũ. Jõ apꝺ gẽtileſ ꝺicebatur pluto.i. ꝺeus inferni vel mortis habere tigrim. qꝛ capit omnes in tribus etatibus ſcilicet pueritia: iuuentu te: ⁊ ſenectute: ait Hugo. ⁊ ꝺe h̄ legitur in quodam antiquo ſcri pto: ꝙ cũ filius vnicus cuiuſdã nobilis religionem intraſſet: ve niſſetꝗ pater: vt eum extraheret cum non poſſent eum illi religio ſi retinere petijt iuuenis vt poſſz loqui cum patre. Quo conceſſo ait patri: ꝙ ſi auferret vnam ma lam conſuetudinem que erat in terra ſua: ſdiret ad ſeculũ. Annuit I pater: ꝙ libenter faceret petens: vt eaꝫ exprimeret. Cui fili⁹ dixit: ꝙ in terra ſua erat cõſuetudo: ꝙ iuuenes moriebãtur ſicut ſenes. Et ſi eam auferret rediret. Licet enim eſſet iuuenis timebat mor tem. Quod audiens pater: ⁊ vi dens eũ conſtanteꝫ in propoſito ait. Nolo ꝙ ad ſeculum redeas: ſed hic ꝺeo ſeruias. Cõuerſuſꝗ cũ filio ſeruierũt ambo fideliter ꝺeo. Ex quo ergo non eſt fugere morteꝫ: non reſtat niſi vt homo viuat in xp̄o qui ẽ vita: ⁊ euadat mortem ſpiritualem peccati ⁊ tor menti eterni. Beat⁹ enim qui nõ ledet a morte ſecunda. Apoc. iij. K Apprehẽdẽdo eniꝫ vitam: euadi tur mors vera. Mortui eiꝫ eſtis ⁊ vita veſtra abſcondita eſt cum xp̄o in gloria: col. iij.

¶ Capl'z. iiij. De mortis iugi me moria ⁊ meditatione.

Einde admonendi ſunt hoies ad mortis iugem ⁊ continuã meditationẽ vt a peccatis retrahant: ⁊ corde humilient: vt ad bene operandũ ſtimulentur: ⁊ vt vita imortalis appetatur. Ecc. vij. Memorare nouiſſima tua: ⁊ in eternũ nõ pec L cabis. Job. x. Nunqd non pauci tas dieruꝫ meorũ finietur breui? Ubi Grego. mor. ix. Cum culpa aium temptat: neceſſe eſt vt bre uitatem ꝺelectationis aſpiciat: ne ad viuacem mortem ⁊ iniquita tem ſe rapiat. Eccle. xi. Si annis multis vixerit homo. ⁊c. Sequit Meminiſſe ꝺebet tenebroſi tẽ poris. Jdeo alpharabius li. ꝺe ꝺi M uiſione phie ꝺicit: ꝙ ſm̄ Plato nem phia eſt tediuꝫ: cura ⁊ ſtudi um ⁊ ſollicitudo mortis. per ſolli citudinem mortis volens intelli gere mortificationem ꝺeſiderio rum ⁊ carnaliũ voluptatuꝫ. Dis enim mortificatiſ applicat anim⁹ ad curam virtutis. hec ibi Cui cõ cordat Tul. li. i. tuſ. q. lequens ꝺe Socrate tota inquit ph̄orũ vita eſt ꝯmemoratio mortꝫ: vt ait So crates. Et ꝺe hoc Sen̄. ep̄la. xx vij. ꝺi. Meditare mortem. Qui N enĩ hoc ꝺicit meditari libertatẽ tu bet. Unde in vita Johannis ele moſinarij legit: ꝙ ſic fuit antiq̄t⁹

de imperatore: q̄ poſtq̄ eſſet co
ronatus: aſtantibus exercitibus:
veniebant monumentorū edifi/
catores cum marmoribus diuer
ſi coloris querentes ab eo: de q̄li
metallo iuberet: ſuū ſibi fieri mo
numentū. Inſinuantes ei: q̄ tā
q̄ corruptibilis ꝛ tranſitori⁹ de/
beret anime ſue curam habere:
ꝛ regnū pie diſponere. Propter
quod dictus Johānes ſibi mo/
numentū fieri volens: bonā imi
tationem alijs patriarchis oñdit
Ad hanc conſiderationē ſūt oēs
hoies admonēdi: vt nullus intu
meſcat ḋ dignitate temporali: ne
q̄ confidat in proſperitate mun/
diali: ſed mortis memoriam ha/
beat ante oculos cordis ſpeculū
in quo conſiderare debet ſuā fra/
gilitatem: ꝛ in morte: bonorū om
O nium ablationē: ꝛ mortis calami
tatem. ꝛc. His enim conſidera/
tionibus retrahitur homo a pec
catorum libidine: ꝛ dignitatū am
bitione. Job. xxxi. Quaſi tumen
tes fluctus timui deū ſemꝑ. Ubi
Greg. mor. xxi. in fine dicit: q̄ in
eūte tempeſtate: ꝛ fluctib⁹ tumē
tibus: nulla nauigantibus ē tem/
poralium cura: nulla carnalis de
lectatio ad mentem reducit: con
cte res in deſideriū veniūt amo
re viuendi. Homo igitur timēs
deū debito timore: precogitet iu
giter finem ſuum: ꝛ q̄ ſicut nud⁹
egreſſus eſt de vtero matris: ſic
reuertet. Job. i. Et ad mortē ſic
conſiderandam hortantur om/
nes morituri. Ecc. xxxviij. Me/
mento nouiſſimorum ꝛc. Sequi
tur. Memor eſto iudicij mei: ſic
eni erit ꝛ tuum: mihi heri tibi ho P
die. Et q꞉ carnales voluptates ꝛ
mundane delectationes impedi
unt hoiem ne precogitet mortē
Ideo Ecc. vij. dr. Melius ē ire
ad domum luctus q̄ ad domum
conuiuij. In illa enim finis vni/
uerſorum .i. vitiorum admonet
Sic enim mortem conſiderans:
alios non deſpicit: nec ſe arrogā/
ter ſuper alios effert. ait Señ. iij.
de naturalibus. q. in fi. di. Quid
clienti tuo iraſceris? Suſtine pau
lulū. Ecce venit mors: que vos Q
pares faciet. Idem epiſtola. xcv.
Mors omnes necat: ꝛ oēs pari/
ter morimur. Quia vt tactum eſt
ſicut nudi mundū ingredimur:
ſic nudi egreſſuri ſumus. Ecc. v.
Sicut nudus egreſſus ſum de
vtero. ꝛc.

¶ Caplm quintū. De ꝑparatio/
nis ad mortem indilatione.

Et quia īfructuoſa ē mor
tis ꝑmeditatio: niſi adſit
etiam debita vite ꝑpara/
tio. Idō oēs admonēdi ſūt: vt ſint
parati ad mortē. maxime ex quo
mors venit ex iprouiſo: ꝑut hor
tat Saluator Mat. xxiiij. Vigi R
late q꞉ neſcitis qua hora dñs ve/
niet. Et .i. Theſ. iiij. Dies dñi tan
q̄ fur. ꝛc. Sequit. Nos q dici ſu/
mus: ſobrij ſim⁹. Apo. iij. Si nō

vigilaueris: veniā tāq̄ fur: ⁊ ho/
ra qua neſcis veniā. Debet ergo
quilibet eſſe paratus oī hora ac ſi
tūc deberet mori. Ideo enim de
us latere voluit nos finem nr̄m
vt dum incerti ſumus qn̄ morie
mur: ſemper ad mortem parati
inueniri debeamus: ait Grego.
mor.xij. ſuper illud Iob: numer⁹
annorū tyrānidis ei⁹ incert⁹. De
bem⁹ aūt eſſe parati: ſicut mini/
S ſtri aſſiſtētes regi. Luc.xij. Sint
lumbi veſtri precicti. ⁊c. Et vos
ſiles hoībus expectantib⁹ dn̄m
ſuum: deſiderio viſionis dīne: et
glīe eterne. Seq̄t. Beati ſerui q̄s
cum venerit dn̄s eius. ⁊c. Sicut
eniꝫ ſerui illi deſcribunt accincti:
cohibitione: libidinū: ⁊ reſtrictio
ne ⁊ lucernas tenere. i. fulgorem
bonorū operū: expectantes dn̄m
⁊c. Sic oēs fideles debent eē. Et
de hoc bn̄ ibi Grego. li. i. Omel.
T xxi. ¶ Item debem⁹ eſſe parati
ad modū metentiū ⁊ colligentiū
in meſſe: vt paremus nobis con
uiuia eterna. prouer. vj. Uade ad
formicaꝫ o piger. Seq̄t cōgre
gat enim in meſſe qđ comedat.
Uſq̄ quo piger dormis? Sic er/
go hoīes in meſſe mane ſurgunt
ꝯtinue colligūt: ⁊ an̄ noctē nō di/
mittūt. Sic debꝫ q̄libꝫ fidelis col
ligere manipulos meritorū. Qui
enim colligit in meſſe: filius ſapi
ens eſt. ⁊ q̄ ſtertit eſtate: fili⁹ con/
fuſionis. puer. x. Iō p̄s. Uenien
tes aūt venient. ⁊c. ¶ Itē debem⁹
parati eſſe ad modū pugnātium
⁊ certantiū in ſtadio. Qꝛ enim in
ꝯtinua pugna ſum⁹ cū multꝭ ho/
ſtibus. iō vt boni bellatores ſem
per vigiles ⁊ parati eſſe debem⁹
ephe. vi. Nō eſt nobis colluctatio
aduerſus carnē ⁊ ſanguinē: ſꝫ ad
uerſus principes ⁊ ptātes. Luce.
xviij. Quis rex itur⁹ ad bellū cō
tra aliū regē nō pri⁹. ⁊c. ¶ Item
debem⁹ eſſe parati ad modū ho
minū debentiū reddere rōnem
dn̄o ſuo de bn̄ficijs perceptis: de
debitis ſeruitijs ommiſſis: de pec
catis cōmiſſis: de thorū ⁊ aliaruꝫ
rerū abuſiōib⁹: ⁊ de lucris ſpūa
libus neglectis. Tales eni multū
ſolliciti ſūt: ne ſi deficiāt puniātur
Luc. xvi. Redde rōneꝫ vilicatio
nis tue: Et Math. xxv. Dn̄e qn̄
q̄ talenta. ¶ Itē debem⁹ iugiter
nos parare ad modū edificātiuꝫ
in ꝓpria hereditate: ⁊ theſauriçā
tiū. Math. v. Theuſauriçate vo
bis theſauros in celo. Luce. xv.
Facite vobis amicos de mamō
iniq̄tatꝭ. ⁊c. Un̄ narrat Barlaam
ponēs exēplū de ciuitate cui mos
erat: vnū oī anno aſſumere pro
pncipe: ⁊ in fine anni eū nudum
exulari. Ueniēs autē ſapiēs q̄daꝫ
ꝓ p̄ncipe: ⁊ legē audiēs: trāſmiſit
oīa ſua ad exiliū. Ad qđ veniens
in fine ān̄i inuenit ſufficiētiā. Ci
uitas ē mūdus: in fine nudans ⁊
expoliās exeūtē. Exiliū: celū. a q̄
exulati ſum⁹: ad qđ debem⁹ bo/
na noſtra mittere: merita ⁊ p̄mia

theſaurizando. Itē debem⁹ para
Z re nos ad modū itinerantiū ⁊ eū
tiū ad feſtū regiū: ⁊ feſtinare: ne
porta claudat. Math.xxv. d̄ q̄n
q̄ virginib⁹ prudentib⁹: ⁊ q̄nq̄
fatuis: quaꝝ prime intrauerunt:
alie vo nō quia clauſa eſt ianua.
¶ Itē debemus nos parare ad
modū ſpōſarū: iugiter ſtudētiū
placere ſpōſis ſuis. Apo.xix. Ve
nerūt nuptie agni: ⁊ vxor ei⁹ pre
parauit ſe. Quia igit̄ in morte q̄li
bet occurit dn̄o ſuo: ſemper dꝫ eē
parat⁹: eo q̄ ignoret horā. Luce.
A xij. Jō ⁊ vos eſtote parati: q2 qua
hora: ⁊c. Amos.viij. Preparar̄ i
occurſū dei tui iſrl̄. Et eo ſtudio
ſius dꝫ ſe q̄libet parare: q̄ in mor
te nō eſt īuenire indutias ad am
pliorē pparationē: nec pōt hō p
longare vitā. Job.xvj. Cōſtitui
ſti termīos ei⁹: q pteriri nō pote
rūt. ſ. vltra diuinā ordinationē ait
ſibi Greg.mor. Non eni eſt in
hoīs ditione phibere ſpūm. nec
hꝫ ptātē ī die mortis. Ecc.viij. Et
de hoc Grego. ſup euan. Omel.
B xij. narrās de quodā nobili noīe
Criſorio q fuit plen⁹ vitijs. Qui
ad extrema veniēs: aptis oculis
vidit teterrimos ⁊ nigerrimos ſpi
ritus circa ſe minari ſibi ⁊ inueſ
q̄ eū raperēt ad inferna. Qui ce
pit tremere: paleſcere: ⁊ ſudare:
ac magnis vocib⁹ idutias petere
⁊ dicere filio ſuo mōacho: tu me
ſuſcipe in fide tua. ⁊ ī illis clamo
ribus ⁊ algoribus. de habitaculo
carnis euulſus eſt. De q̄ nimiruꝫ
conſtat ait Greg. q̄ non propter
ſe vidit hoc: ſꝫ pp nos: vt ei⁹ viſio
nobis pſit: q̄s adhuc diuina patiā
longanimiter expectat. Et iō ſub C
dit. Nos ergo ſollicite cogitem⁹
ne nobis inuacuū tēpora tran
ſeant: ⁊ tūc queram⁹ ad bn̄ agē
dum viuere: cū iā ꝯpellimur cor
pore exire. Id ergo tps qd̄ fuge
re tūc nō licet dꝫ modo cogitari
dū licet. ⁊ illa hora nr̄i exit⁹ ſemp
intuēda. Ecc.xiiij. Quodcūq̄ pt
manus tua. ⁊c.

¶ Capl̄m ſextum. De errore il
lorū q ſibi mortē intulerūt.

T qñi error fuit gētiliuꝫ
e q2 mors eſt optāda oib⁹
⁊ ga virtutis eſt ſiue con
ſtantie ⁊ magnitudis: q̄ hō infe
rat ſibi mortē. Quē errorē tangit
Aug.i.de.ci.c.xxij. narrās de di
ſcipulo Platonis: quē ferūt lecto
li. Platonis: vbi de aīe imortali D
tate diſputauit: ſe precipitē de mu
ro dediſſe: atq̄ ita ex hac vita mi
graſſe ad eā quā credidit meliorē
Et ibidē de Catone q ſe necauit
eo q̄ fuit inuidus glīe Ceſaris: p
ut ait Ceſar de eo: ſicut dicit Au
gu. ibi. De q̄ Sen̄. epl̄a.xxv. Vlti
ma illa nocte: Platonis librū le
git. ſ. cato. poſito ad caput gladio
Duo hic ī reb⁹ extremis pſperē
rat: alterū: vt vellet mori: alteruꝫ:
vt poſſet. Seqt̄. q̄ ſtricto gladio
ait ad fortunā. Nihil inq̄t egiſti:
⁊ ipreſſit mortiferū corpori vuln⁹

postea dilatauit. put dr ibi. Ubi
E et refert de alio: q cū vidiſſet: na
uē teneri ab hoſtib⁹: ferro ſe trāſ
uerberauit. Et cū q̄reret vbi eſſet
iperator: bn̄ ingt ſe hēt. et ibi ð cō
ſilib⁹. Et de dcō Catone ait Se
ne. epla. lxxxviij. di. q q̄ die repul
ſus eſt de pfectura luxit: et q̄ no
cte pitur⁹ erat legit: eodē loco ha
buit ex pfectura et e vita excidere
F Oia eni que acciderāt: ferenda
ſibi pſuaſit. Fuerūt aūt duo Cato
nes ābo ðtutis amatores. maior
ſ. Cēſorin⁹ auūcul⁹ mioris. phox
pitiſſim⁹. Minor nepos ei⁹ rigi
dus victus et vtriſq̄s: qa vtrice ſe
pemit. Narrat etiā ibi Sen̄ ð mlt
tis gentilib⁹ q ſe necauerūt. Sic
de Lucretia. put ait. Augu ſ. vbi
ſ. c. xx. Ubi bn̄ iprobat hūc erro
rē. di. q nūq̄ dinit⁹ pceptū per
miſſūue repit: vt vel ipſi⁹ adipi
ſcēde imortalitatē ai: vel vlli⁹ carē
G di canēdiq̄ mali nobiſipſis necē
iſeram⁹ Nā et phibitos nos: in
telligēdum eſt Exodi. xx. vbi lex
ait. Nō occides. ſ. nec te nec aliū
ait ibi Aug. Et de hoc Joſephus
contionās ad iudeos bn̄: put ait
Hegipp⁹. li. iij. Uolebāt eni iudei
aliqui incluſi a Romanis ſe neca
re. Ad q̄s Joſepp⁹: Nature vin
culo aīa cōiuncta eſt corpi. Quis
H ergo ai e et corpis deo placitū ɔtu
berniū irrūpe vel diſſonare aude
at? Seqt. Dei poſſeſſio ſum⁹ deo
ſeruitiū debem⁹: q̄ſi fui expecte
mus iperia: q̄ſi iūcti rebuem⁹ vi
cula: q̄ſi fideles bn̄ depoſitū cu
ſtodiam⁹. Nō recuſem⁹ vite hu
ius mun⁹: nō refugiam⁹ donū ce
leſte. Si hois dicta reijcias: ɔtu
melioſus es. Quāto magis fuat
debemus qd a deo accepimus?
Exēplū de Abraā: Job: et Dauid
q ait. Educ de cuſtodia aiaʒ meā
Seqt ibi. Nāe lex valida ē: vel
le viuere: nec ſibi mortē aſſiſcer.
Et p⁹. Depoſitū dei ē: aia in corpe
Et ſi hois depoſitū violare: pena
infamie ē: q̄to magis depoſituʒ
dei. ¶ Nō igit ē ex magnanimi
tate: q hō inferat mortē ſibi: ſʒ ex
pyra fatuitate: et errōea credulita
te: ait Aug. vbi. ſ. Et ex iterioꝛi cō
ſcie horroꝛ et āgoꝛe ait ph ſ. Ethi.
ix. di. q pp malitiā aliq fugiūt vi
uere: et iterimūt ſe. Querūt enim
mali cū qb⁹ ɔmoꝛēt: et fugiūt. Re
coꝛdāt eni mltoꝛ et difficiliū. Se
quit. Nihil amabile hn̄tes patiūt
i ſeipſis nec gaudēt: et iū ē: q ſe iſi
mūt. Uel hoc facit hō ex hoſtis
ſugeſtiōe: et ſeductiōe: ait Hug.
ij. de ſacramentis. parte. xvi. c. ij.
Ubi di. de quodaʒ peregrino eun
te ad ſanctuʒ Jacobum: et dimiſ
ſo a ſocijs. Cui obuians quidam
venerabilis habitu: iter alia ſua
ſit ſibi: q nihil magis expedit vi
ro iuſto: q̄ feſtinanter exire ð vi
ta: et ſi via alia non det: manu p
pria morteʒ laceſſat. Et ſic ille ar
repto ferro iugulauit ſe. Queʒ in
uentum ſocij reducunt ad vicuʒ
vnde exierant: et hoſpitem accu

ſant. Qui ſciens inocentiã ſuã pe
tijt a deo tota deuotione auxiliuz
L Et ſurrexit q mortuus fuerat: ⁊
narrauit rẽ geſtã: ⁊ ſe ab eo q faci
n⁹ ſibi ſuggeſſerat aſſeruit ad tor
menta deductuz: ſibiqꝫ ſanctum
Jacobum occurriſſe: ⁊ erreptuz
ad tronũ iudicis perductum: vt
vite redderetur obtinuiſſe. Abſit
igitur a fidelibus dictus error: vt
ſcienter ⁊ ex induſtria ingerant ſi
bi mortem.

¶ Scda diſtinctio: De mortis multiplicitate ⁊ terrore.

¶ Capl'm primum. De mortis diſtinctione.

Ex dictis pꝫ: ꝙ nõ om
nibus optãda ẽ mors
imo timenda malis:
eo ꝙ mors peccatoꝝ
peſſima. ait ps. Et cũ
ꝗdruplex ſit mors: put ait Aug.
ad Oroſiuz. ſ. Mors corporis
que ẽ ſepatio aie a corpe. Mors
M anime: que eſt ſepatio dei ab aia
per peccatum. De quib⁹ Math.
iiij. Dimitte mortuos ſepelir mor
tuos ſuos. Mors anime. ſ. pene
eius ſolius ante iudicium: qualis
fuit pena diuitis epulonis Luce.
xvi. Et mors corporis ⁊ aie poſt
iudicium in inferno: qñ dicet dã
natis: Jte maledicti ⁊c. Math.
xxv. Omnes has mortes dꝫ pec
catoꝛ timere.

¶ Capitulum ſecundum. Ꝙ mors prima. ſ. corporis eſt timẽ da malis.

Rimam mortẽ. ſ. corpis
debet timere peccatoꝛ ob
ablationem oium dele
ctabiliũm: ob eternitatem omniũ
inediarũ: ob multitudinem pena
rum: ⁊ deſperationem remedio
rum ⁊ ſuffragiorum poſt hanc vi
tam. Job. xxvi. Diues cum dor
mierit nihil. ⁊c. Unde bene Gre N
go. de hoc. mor. xxviij. exemplifi
cans de diuite epulõe in inferno
ſepulto: ⁊ de ſtulto ꝓponẽte: hor
rea dilatare: cui dr: ſtulte. hac no
cte repetent aiam tuaꝫ a te. Luc.
xij. Jdeo. ſapie. v. Quid nobis ꝓ
fuit ſupbia noſtra. ⁊c. Et ad pene
aggrauationem: predicta eueni
unt impio tempore quo non eſti
mat. Job. xxxiiij. Subito morier
⁊ nocte media. ⁊c. Ubi Gregori⁹
mor. xxv. di. Subitum eſt quod
ante non cogitat. Jdeo dicuntur
mori ſubito: qꝛ non precogitant.
Uere enim mors peccatorũ peſ
ſima: ideo timenda. Ecc. xliiij. O
mors ꝙ̃ amara eſt memoria tua
homini iniuſto. Unde ⁊ ad ma
iorem pene aggrauationem: qui
buſdam impijs anteꝙ̃ exeant e
vita oſtendit deus penam infer
nalem. Unde narrat Beda de ge
ſtis Anglorum de quodam in
ſolente: quẽ infirmantez monuit O
rex Keredus vt ꝯfiteret. Qui re
ſpondit: ꝙ tunc nõ faceret: ne ſo
dalei ex hoc ſibi poſtea inſultarẽt
ſed cum ſurgeret ð infirmitate fa
ceret: Jnfirmitate quoqꝫ aggra

ante lterum monuit cū rex. Qui
ait: ꝙ nulla eſſet ſibi vtilitas con
fiteri: Eoꝙ duo iuuenes pul//
chri intrauerāt: quorum vnꝰ por
tabat librum pulcruʒ: vbi ſcripta
erant omnia bona que fecerat lʒ
pauca. Poſtea ingꝛ itrauit exer/
citus malignorum ſpūum: quoꝝ
maior ꝓtulit librum horrende vi
ſionis: enormis magnitudinis ⁊
pōderis importabilis. vbi ſcripta
ſunt ſcelera mea teterrimis litte/
ris. Qui dixerunt ad illos albos
iuuenes. Quid vos hic ſtatis? iſte
noſter eſt. ⁊ illi: verum eſt inqui/
unt. Ducite eum in cumulū dam
nationis. Duo igitur percuſſe//
runt me: vnus in caput: alius in
pedes. Et cum ſe pertingerint. ſ.
ictus moriar: ⁊ portatus a demo
nibꝰ pertrahar ad inferna. Et ſic
factum eſt. Non autē propter ſe
hoc vidit: cui nihil ꝓfuit ait Be/
da: ſed ꝓ illis q differunt penitē
¶ Ibidem legit de quodam fa/
P dro monaco viuente negligēter
in monaſterio: ſed ſuſtinebat ꝓ/
pter operum neceſſitatem. Ser/
uiebat eniʒ ebrietati: ⁊ alijs vitijs
magiſqʒ nocte reſidere i officina
ſua inuentus eſt: ꝙ̄ ad pſallendū
ire. Qui infirmatus: ⁊ ad extre/
ma deductus vocans fratres ait
videre ſe inferos apertos: ⁊ Sa/
than demerſum in profundū cū
Caypha ⁊ ceteris qui xp̄m occi/
derunt: ſibiqʒ locū iuxta eos pa/
ratum. Cumqʒ ad pniam horta
reē: ait deſperans: ꝙ ſibi locꝰ nō
erat: vitā mutandi: ex quo vide/
ret iudicium ſuum eſſe completū
Et ſine viatico mortuus: ex̄ mo/
naſteriū eſt ſepultus. Hoc vidit:
vt deſperatus de ſalute: miſerabi
lius periret. Sicut ⁊ beatus Ste
phanꝰ vidit celos apertos: vt io/
cundius aſcenderet Act. vij. Ho
mini ergo ipſo timenda eſt morʒ
ꝓxima: ⁊ multo magis alie mortes
Mors eniʒ corporis: nō eſt niſi
vmbra mortis: ait Greg. mor. xi.
ſup illud Job. xiij. Producit in
lucem vmbrā mortis. ⁊ eſt vt ſō/ Q
nus ait idē. mor. xij. ſup illō Job.
xiiij. Nec ꝯſurget de ſomno ſuo.
Mors aūt aie. ſ. per peccatū ma
gis eſt timēda ꝙ̄ corpis Mors
enim anime eſt. cum eam deſerit
deus: ſicut mors corporis: cū il/
lud deſerit aīa. ait Aug. xiiij. d͛ ci.
c. i. Quāto igitur deus eſt melior
aīa: tanto peius eſt: ab eo deſeri:
ꝙ̄ ab anima. Jō ſancti ſuſtinue
runt mortem corporis: vt vitarēt
peccatuʒ. Unde Suſanna Dan̄.
xiij. ait Melius mihi eſt abſqʒ
opere incidere in manus veſtras
ꝙ̄ peccare in ꝯſpectu dn̄i.

¶ Capl'ʒ tertiū. Qualiter mors
ſcōa timēda eſt bonis ⁊ malis. R

Ualiter autem timende
q ſunt alie mortes ſiue. ſ. pe
ne eterne ſolius anime:
ſiue aīe ⁊ corporis: quarum vtra
qʒ dr̄ mors ſecunda: pʒ ex verbis
Aug. xxi. d͛ ci. c. iij. Ubi ait. mors

prima animã nolētem pellit. ſecū
da animã volentē in corpore te
net. Ideo ſempiterna mors: quā
do nec viuere poterit anima: deū
non habendo: nec carere dolori
bus corporis moriendo. Idez li.
xix. in fi. Mors ſecunda dr: qua
nec anima viuere dicenda eſt: q̄
a vita deo alienata erit: nec corp⁹
q2 eternis doloribus ſubiacebit:
ac per hoc durior: q2 morte finiri
non poterit. Quā dure aūt ꝛ dire
ſunt mortes iſte: p3 ex tormento
rum multitudine: eternitate: con
tinuitate irremediabilitate: ꝛ ex p
S petua demonū ſocietate: ꝛ ſub eis
reclusione. Ideo apoc. xx. dicitur
ꝙ diabol⁹ miſſus ē i ſtagnū ignis
ꝛ ſulphuris: vbi beſtia ꝛ pſeudo
prophe cruciabunt die ac nocte
in ſecula. ꝛ ſuper omnia erunt di
re pene ex ſeparatione a dei viſio
ne ꝛ ſanctorum ſocietate: ait Cri
ſoſt. ſuper Math. Omel. xxiij.
T Multi gehennam abhorrent:
ego autem caſū illius glie multo
amariorez gehēne pena aio. Se
quitur. Decez milia gs ponat ge
hennas: nihil tale dicet: quale ē a
beata glia excidere. a xp̄o audire
q2 non noui vos: incuſari: ꝙ eſu
rientem vidimus nec cibauim⁹
Certe decem milia melius eſt ſu
ſtinere fulmina: q̄ faciez illā mā
ſuetiſſimā videre a nobis auerſā
ꝛ tranquillū illius oculum nō fe
V rentē videre nos. Ideo ſignāter
dr Math. xxv. Ite maledicti in
ignem. In hoc enim quod dicit
ite notat̄ a viſiōe dī ſeparatio. In
hoc qd ait: in ignez eternū: pena
ruz inflictarū magnitudo ꝛ mul
titudo. Apoc. xx. Infern⁹ ꝛ mors
miſſi ſunt in ſtagnū ignis: h̄ eſt
mors ſcd̄a. Predicator ergo d3
uun⁹ hortet̄ eos q̄s alloq̄t: ad di
ctas mortes timendū: ꝛ ad vite
correctionē: vt eas euadant. Qui
eni vicerit. ſ. voluptates: cupidita
tes: ꝛ ambitiōes: non ledet̄ a mor
te ſecunda. Apoc. ij.

Capl̄m. quartū. De morte ſan
ctorum ꝛ eius precioſitate.

Uamuis autez mors ſan
ctorū ſit precioſa in ꝯſpe
ctu dei ꝛ merito appeten
da ob diuine viſionis felicitatem
poſt hanc vitam: prout ait Apo.
X phil. i. deſiderium habēs diſſolui
ꝛ eſſe cum xp̄o: tamen vir iuſtus
conformet ſe voluntati diuine de
viuendo vel moriendo. Uñ ſeq̄t
ibi. Permanere in carne: neceſ
ſariū ꝓpter vos: Sicut habetur
de beato Martio. Et licet vir iu
ſt⁹ ſpet cū xp̄o regnare p⁹ mortē
vir eni iuſt⁹ ſpat in morte ſua. p
uer. xviij. Uñ dicebat ꝓph̄a ille
optās. Numeri. xxiij. Moriat̄
anima mea morte iuſtorū. Tūc
enim liberat̄ de exilio: ꝛ intrat he
reditatē. ps. Cum dederit dilecti
ſuis ſomnū: ecce hereditas domi
Y ni. Et tūc naſcit̄ ortu glioſo. Pro
pter quod dies mortis ſanctorū
dicuntur natalitia. Job. xi. Cū te

conſumptum putaueris: orieris
vt lucifer: Unde Sen̄ epl'a.xviij.
r loquens de virtuoſo: di. ꝙ mors
eius eterni natalis eſt dies.

¶ Cap'm quintū De terrore ele
ctorū in morte: ⁊ de hoſtis antiq
infeſtatione.

Amen morte iminente:
timere debet: ⁊ ſe ſtudio
ſius iuſt⁹ ꝑparare. Job.
Hec operat de⁹ trib⁹ vicib⁹
Ubi Greg. mor. xviij. di. ꝙ cum
de oībus iuſti diuina iudicia per
timeſcant: tunc tamen vehemen
ter hec metuūt: cum ad ſoluēdū
carnis debitum venientes: diſtri
cto ſe iudicio propinquare cernūt
Z Et fit tanto timoratior: q̄to retri
butio eterna vicinior. Un̄ ⁊ Sal
uator ſolutioni carnis appropin
quans ⁊ membrorum ſuorū ſpe
ciem ſeruans: fact⁹ in agonia: ꝓ
lixius orare cepit: non pro ſe. ſed
mentis noſtre certamen expreſſit
morte appropinquante. Sequit.
Conſiderandū: ꝙ nec hoc qdez
ſine aliquo reatu eſt: quod lauda
biliter geſſimus: ſi remota pieta
te iudicemur. Jō ps. Nō intres
in iudicium cum ſeruo tuo dn̄e.
Et .i. cor. iiij. Nihil mihi conſci⁹
ſum. Jac. i. In multis offendim⁹
oēs. Et .i. Jo. i. Si dixerimus: q
peccatū non habemus: noſipſos
ſeducimus. Quid facient tabule:
ſi tremūt colūne? Aut quomodo
virgulta imobilia ſtabunt: ſi pa
uore hoc turbine celi quatiuntur?
Job. xxvi. Colūne celi cōtremiſ
cunt ⁊ pauēt ad nutū eius. ¶ Et
merito quis tunc timere debet: A
tum propter peccatorum multi
tudinem ⁊ ignorantiā iuſtificatio
nis de illis vt tactum eſt .s. tum
ꝓpter bonoꝝ factorum impuri
tatem. Jſai. lxiiij. Omnes iuſtitie
noſtre quaſi pann⁹ menſtruate.
Job. ix. Si lotus fuero quaſi aqs
niuium. Sequit. Tantū ſordib⁹
intinges me. Mala enī noſtra
pura mala ſunt: ſed bona noſtra
non ſunt pura bona: Ait Greg.
mor. vi. in fi. Job. xxxviij. In q̄
habitat lux. vbi Greg. mor. xxix.
Ue laudabili vite hoīum. ſi re
mota pietate iudicemur: quia vn
de ante oculos iudicis placere ſe
ſuſpicatur: obruitur. prouerbio
rum. xxvj. Quis homo poterit in
telligere viam ſuam. Ecc. ix. Ne
ſcit hō an amore vel odio dign⁹
ſit. ⁊c. ¶ Item debet quis timere
ob iudicis inflexibilis equitatem
zelus enī ⁊ furor viri non parcet
in die vindicte. prouer. vi. ¶ Itē B
dz tunc timere propter hoſtiū in
ſidiantium fraudulentiā: q ſicut
cruenta beſtia aſtitit btō Marti
no: vt eum temptaret: vel terreret
tunc enim homo ſecurus dz eſſe
Unde legit in vita beati Ber. ꝙ
cum infirmaret: ⁊ extremum tra
here ſpm̄ videret: affuit Sathan
improbis accuſationibus eum pul
ſans. Qui vbi omnia perſecut⁹
eſt: ⁊ viro dei pro parte ſua reſpō

cendum fuit: nihil territus reſpõdit. Fateor: non ſum dignus: nec proprijs meritis poſſum regnuz celorum obtinere. Ceterũ. Dupli
C ci iure illud obtinens dñs meus. ſ. hereditario iure patris: ⁊ iure paſſionis: mihi alterꝝ horum donabit. Ex cuius dono illud mihi vendicans iure: non confundor. Et in hoc confuſus hoſtis abſeſſit: ⁊ vir dei in ſe reuerſus: quieuit. Ipſe eniz hoſtis calcaneo ſemper inſidiatur. i. fini hoium. Geñ. iij.

¶ Capitulum ſextuz De ſanctorum qualitale: ⁊ meditatione in morte.

Uantumcũq; autez ſancti: morte iminente timere debeant: confidere tñ dbẽt ⁊ ſperare in deo: ⁊ iugiter cogitare de ſtatu in quo ſunt. Et ſi q̃ obmiſerunt de his que agere de
D buerunt: ⁊ ꝙ ituri ſunt ad tribunal eterni iudicis. corã eo de omnibus reſponſuri. Ideo de beato Aug. legit in vita ſua: ꝙ ante proximum diẽ obitus ſui: libros omnes a ſe dictatos ⁊ editos recenſuit: ⁊ quecũq; in eis recognouit aliter q̃ȝ habet eccliaſtica regula a ſe fuiſſe dicta vel ſcripta cũ ad huc vſum eccliaſticum min⁹ ſciret: correcta ſunt ab eo: ⁊ librum vnũ retractationũ fecit. ¶ Et ibidem legit: ꝙ iuſſit: pſalmos dauiticos q de pnia inſcribũt põi ad
E parietem: quos ⁊ legebat: ⁊ legẽdo iugiter flebat. Et ne intentio ſua ab aliquo impediret: ante ſe me decem dies q̃ȝ e corpore exiret poſtulauit: ne quis ad eum ingrederet: niſi tm̃ horis quib⁹ medici intrabant: vel cũ ſibi refectio inferret. Qđ factum eſt. Si ergo tantus ſanctus ſic fuit ſtudioſus ad corrigenda que corrigi debuerunt. ⁊ ſic in oratione aſſidu⁹: ⁊ tã ſollicitus: ne eius intentio a diuina contemplatione impediretur: q̃to magis qlibet alius debet eẽ in huiuſmodi ſtudioſus? Horaz F
enim mortis: valde ſanctiſſimuerunt. Unde in vitis patrum li. ij. parte. iij. ait. abbas Helyas. Tres res timeo. Una ẽ: qñ aĩa egreſſura eſt ď corpore. Alia quando occurſurus ſum deo: Tertia: quando contra me ꝓferenda eſt ſnĩa Sequit ibi. ꝙ Theophilus eꝑus moriturus ait. Beatus es abbas Arſeni: q: ſemper hanc horam ante oculoſ habuiſti. Et parte. xi. dr ꝙ abbas Aghaton quãdo fuit moriturus tribus diebus manſit imobilis apertos tenẽs oculos: Ad quẽ ffes: Abba vbi es? Qui rñdit. In cõſpectu diuini iudicij aſſiſto. Cui fratres? Et tu pater times? Et ille. Laboraui ſemp q̃ potui virtute in cuſtodiendis mãdatis dei. Sȝ homo ſuȝ: ⁊ neſcio ſi placuerunt opa mea corã deo q: aliter ſunt iudicia hominũ aliter dei. Nec preſumo: niſi cũ venero ad deum. Cũq; vellent amplius interrogare ait. Nolite mul

tum loqui qꝛ occupatus sũ. Quo dicto: moꝛtuus eſt in gaudio. Jõ
G ſeqꝛ ibi. Memoꝛ eſto ſemp exi tus tui: ꝛ ne obliuiſcaris eterni iu dicij: ꝛ ñ erit delictum in aia tua.

Capitlm ſeptimũ. De angeloꝝ aduentu ad ſanctos moꝛientes: ꝛ de reuelatione gloꝛie.

Ancti ergo ꝛ timẽt moꝛ tem vt dictum eſt: ꝛ ta men moꝛte appropin quãte gaudẽt ob ſpẽ diuine viſio nis: ꝛ liberatiõis ab ergaſtulo exi lij. ꝛ peregrinationis: ꝛ a faſtidio huius vite moꝛtalis exẽplo apo ſtoli Phil. i. vt dictum eſt: ꝛ exẽ
H plo Joannis euangeliſte. qui de ſiderauit ire ad conuiuium eter num cũ fratribus ſuis: et exem plo alioꝝum ſanctoꝝũ. Jdeo ps. Educ de cuſtodia. animam meã Unde ſanctis moꝛientibꝰ fiebãt reuelationes de ſua gloꝛia ad eoꝝ confoꝛtationẽ. Sicut ait Grego. iiij. dialo. de paupere paralitico qui pauperibus erogabat qcqd de elemoſyna habere poterat. Et in doloꝛibus gratias agens lau dibus dei vacabat. Qui moꝛiẽs ait aſtantibꝫ. Nũ auditis qͣte lau
I des reſonant in celo? qui moꝛ tuus eſt: ꝛ mira fragrantia reple ti ſunt omnes vſqꝫ poſt eiꝰ ſepul turam. Similiter Gregoꝛi. ſuper euã. li. i. Omel. xv. di. de ſcis mu lieribus. Sicut de Romula: ad quã in moꝛte venerũt duo cho ri quaſi viri pſallentes: ꝛ quaſi fe mine reſpondentes et de Caſſia
K que ait in exitu. Recedite: xp̃us venit. Sicut eni damnatis qbuſ dam ad cumulum pene oñſe ſũt damnationes ſue: vt dictum eſt ſupꝛa: ſic ſanctis: ad augmentũ gloꝛie reuelant eterne remunera tiones ſicut predictis.

Capitulum octauum. De vti litate habẽdi viros ſanctos i moꝛ te aſtantes.

Et ãt tyrãnica hoſtis ſe uitia arceat: ꝛ hõ ofoni
v bꝰ adiuuet: expedit mo riẽti hꝛe circa ſe fideles ꝛ ſãctos ait Greg. ſuper euan. li. i. Omel. ix. de quodam moꝛibus peruerſo
L in quodam monaſterio. Cui cũ in extremis fratres aſtarẽt: clama uit. Ecce draconi datus ſũ ad de uoꝛandum. Cui cum fratres di cerent: ſignum crucis impꝛime tibi: reſpõdit volo me ſignare ſꝫ non poſſum: qa a dracone bꝛa chia mea compꝛimunt: ꝛ iam ca put abſoꝛbuit. Et cum hoc dixiſ ſet pallens ꝛ tremens: fratres ce perunt oꝛationi vehementer inſi ſtere: ꝛ oppꝛeſſum a demone pꝛe
M cibus adiuuare. At ille ſubito ait Deo gratias. Ecce eniꝫ ad oꝛatio nes veſtras fugit draco q me ce perat. ꝛ mox ſeruiturum ſe deo: ꝛ verum monachũ eſſe deuouit. Ac diuina diſpoſitione: pꝛolixa eiꝰ vitia ꝓlixioꝛ egritudo purga uit. Patet ergo oꝛationum effica cia in fugando demones: necnõ

ꝛ viſitas ſanctorum virorũ aſtã/
tium cica morientes. Ideo vnuſ
quiſq̄ procuret: eos habere in
morte.

¶ Tertia diſtinctio. De qualitate
coꝝ que morientibus proſunt.

¶ Capl'm primũ. Quantũ ꝓſũt
pompe exequiarũ vel loca ſepul/
turarum.

e
Ex predictis patet aliq̃
liter quomodo ſe de/
bet homo preparare
ad mortem in tota vi
ta ſua: ꝛ ſpecialiter q̃/
liter ſe debet preparare imminente
N morte: ꝛ ſe habere in ipſa morte
quia ea que ſequunt̃ mortẽ: qua
lia ſunt curatio funeris: conditio
ſepulture: pompe exequiarũ ma/
gis ſunt viuorum ſolatia q̃ defũ
ctorum ſubſidia. ſi enim aliquid
prodeſt impio ſepultura. pompo
ſa ꝛ precioſa: oberit pio vilis aut
nulla: ait Aug. de cura agenda ꝓ
mortuis poſt principiũ. Ubi nar/
rat de corporibus ſanctoruꝫ mar
tirum ignibus crematis: ꝛ cineri
O bus proiectis in Rhodanuꝫ flu/
uium: ne qualitercunq̄ eorũ me
moria relinqueret. Quod diuini
tus eſt ꝑmiſſũ: vt diſcerent xp̄ia/
ni in confitendo xp̄m: dum hãc
vitaꝫ contemnerẽt: multo fortiꝰ
ſepulturaꝫ. Unde legit̃ in vitis pa
trum li. ij. parte. xix. de impio ho
norifice ſepulto: ꝛ de iuſto ſolita/
rio a feris comeſto. Et cuidã de
hoc admiranti dixit angelus: q̄
q2 impius habuit paruum bonũ
opus in ſeculo recepit in ſepultu/
ra mercedem: ꝛ q2 alius modicũ
habuit culpe: recepit hic penã in
ferarum comeſtione. Et ibi d̾ ma
tre cuiuſdaꝫ virginis impia ꝛ ho P
norifice ſepulta: ꝛ de patre iuſto
viliter ſepulto: ꝓpter eandẽ cãm
¶ An autẽ, mortuis proſit in ec/
cleſijs ſepeliri: Aug. ibidem que
rit ꝛ determinat: q̄ ſi deſint ſup/
plicationes que fiunt pro mortu/
xeris ſcilicet neceſſe eſt.Qualiter
autem fuit deriſor pompaꝝ ſup/
barū:vt in tractatu de dictis phi
loſophorum:ꝙ cū videret Dio/
niſium tyrannū ſceptuꝫ cuſtodi/
bus ait.Cur tantū mali feciſti:vt
a tam multis cuſtodiaris?

¶Capitulum decimumquartū
De eius auiditate ad habenduꝫ
libros alienos.

Icet autez eſſet tanta ſa
l pientia preditus:de habē/
do tamē libros alienos
fuit curioſus.ait Au.gelius libro
ij.¶Memorie inquit datum eſt:
platonem tenui admodū pecūia
familiari fuiſſe:tres autem phi/ T
lolei pictagorici libros decē milli
bus denariorum mercatum.Id
enim ei precium quidā ſcripſerūt
amicū ei⁹ donaſſe Dioniſiū Sy/
racuſanū.vñ ſequitr ibi:ꝙ Am/
buletus in li.ſuo Platoni:tenui
admodū pecūia familiari feciſſe
cōtumelioſe appellat:ꝙ impēſo
ꝓcio librū pictagorice diſcipline
emiſſet:ex eoqꝫ Cynicuꝫ:aut ali/
quem dialogū nobilē cōcinnaſſꝫ
Et licet eſſet ſic ſapiens:minime
tñ preſumptuoſus. vñ Vale.lib. V
viij.c.xiij.loquens de eo ait.Con
ditores ſacre are de mō ⁊ forma
eius ſermonē conferre conatos
ad Euclidem geometrā ire iuſſit
ſcientie eius cedēs imo ꝓfeſſiōi.

¶Capitulum decimūquintum.
De eius ſalubri conſilio:⁊ docu/
mento in morte.

E ſalubri ꝟo ⁊ doctrina
d li conſilio qd̄ dedit diſci/
pulis moritur⁹:ait Iſaac
in tractatu de elemoſynis.Nō in
quit affert:qd̄ ñ afferūt libri. vbi
ponit exemplū de Platone.Cū
eniꝫ ꝓpinquaſſet obitus eius vo
cauit diſcipulos ſuos:⁊ precepit:
vt oſtenderent ſibi ſapientias ſu
as.Qd̄ cū feciſſent:ait. Reman
ſerunt apd̄ nos q̄ nō narrauiſtis
Extimo ꝙ non cognouiſtis. Ac
illi rogauerūt:vt doceret eos il/
lud.Et ille venite poſt tres dies

ad me:tñ nō intretis:niſi licētiaȝ ĩpetraueritis.Et ſic fecerunt.Cū ꝗ redirēt:ꝛ nuncius diceret ſibi diſcipuli rogant:vt intrent:ꝯuertit faciē ſuaȝ ad parietē:nec dedit ei reſponſum.Sic ſecunda vice Tertia vo:cū indignatōe ꝛ facie triſti ſignificanteiraȝ rñdit.Intrent.Reuerſus nūcius dixit eis qđ fecerat.Illi vo ꝯtriſtati intrauerunt.Et cuȝ intraſſent:aſſedit plato ꝛ reſpexit eos placido vultu:ꝛ blando:ꝛ gauiſus eſt cū eis.Et interrogauit eos de ꝓpoſitōe eoꝝ.Placuit ergo eis qđ apparuit in eo:ꝛ conuerſi ad nūcium increpauerūt eū vituperantes factuȝ eius.Et dixit Plato.Quid habetis ꝛ reprehenditis nūciuȝ.Dicūt ei.Quando venit ad nos:terruit nos nūcians nobis diuerſum ab eo qđ videm⁹ de pře nōſtro.Et ille.Nō eū reprehendatꝭ qꝛ non narrauit niſi qđ vidit.Et hoc quideȝ eſt qđ dixi vobis de ſapientia.Totus enim ſermo ab vno loco egreditur:ſed ipſi⁹ forme diuerſificantur:eiuſqꝫ intentiones variantur ſm diuerſitatē formalē ipſius.Inter ſermoneȝ enim qui egreditur leuiter ꝛ ſubtiliter ꝛ ſuauiter:ꝛ vultu placido ac ridente:ꝛ inter eū qui egredit cum ira ꝛ triſti vultu differentia longa exiſtit.ꝛ iō auditus vel audire a magiſtro magis applicat intentionib⁹ rerum:ꝛ veritatib⁹ ꝙ̃ ꝯſideratio in libris.Liber.n. non affert reȝ:niſi cū forma vna Magiſter autē affert plures formas:ꝛ ex partib⁹ diuerſis rñdet.hec ibi.per hoc enim voluit plato imprimere diſcipulis:ꝙ plus confert audire docentem ꝙ̃ ſtudere i libris:ꝛ vehemētior fit impreſſio in mentibus audientium ex vſu ꝛ auditu doctoris ꝙ̃ ex ſtudio in libro.Et concordat dicto beati Hieronimi ad paulinū epiſtola.xxxvi.hȝ neſcio qđ latētis energie viua vox:ꝛ in aures diſcipuli:de doctoris ore tranſfuſa fortius ſonat.

¶ Capitulum decimumſextuȝ.
De opinione circa mortem ſuā.

d E morte vo eius:diuerſi diuerſimode ſcripſerūt ꝓut dicit poli.li.vij.vbi ſ.Sed ꝓbabili⁹ eſt:vt df ibi:eū q innocenter vixerat:ꝛ phie precepta ꝓ virib⁹ inſecut⁹ vitam riſui nō ceſſiſſe.Nā qđ de eo nōnulli tradūt:ꝙ ſcilicet verecūdia mot⁹ emiſit ſpūm:eo ꝙ nautarū ꝓpoſitam ſoluere non potuit qſtionē ꝯſtat nois errore ꝯpactuȝ Quicqd enim de eo:grecoꝝ loquūt fabule:hoc de Homero:ñ de platone maximus Valeri⁹ refert li.ix.c.xiij.Ex eo enim h vulgatum eſt:ꝙ fuerunt qui Homerum equiuocū Platoni dicerēt propter ſapientie excellentiā:ſermonis elloquentiaȝ:ꝛ latitudinē pectoris.Nā viros nobiles certuȝ eſt polonomos extitiſſe.hec

ibi.De morte autẽ Homeri Val. li.ix.c.xiij. Nam vulgaris inquit Homeri mortis cã fert ꝙ in inſula qr qõnem a piſcatorib⁹ ꝓpoſitam ſoluere non potuiſſet: dolore aſſumpt⁹ eſt. Queſtio autem nautarum fuit talis: vt legitur in tractatu quem fecit Gre.nazanzenus de verbo apli: Sapientia
A hui⁹ mũdi: ſtultitia eſt apõ deuz
Plato inquit ibat ſpaciatũ in littore maris: celũ aſpiciendo quaſi eleuatus conſideratione. Quem naute reſidẽtes vidẽtes deriſerũt Qui cũ ab eis q̃reret: qd cepiſſet rñderũt. Quotquot cepim⁹ non habem⁹: ꝛ q̃t ñ cepim⁹ habem⁹. Pannos enim expediculabant pediculoſq; mactabãt: ꝛ ſic eos nõ habebãt: Plato v̾o dirigẽs cogitatũ ad piſces: cogitauit q̃r id poſſet eſſe: ꝛ ſic tandiu cogitauit: ꝙ nõ comedit nec dormiuit: ꝛ mortu⁹ eſt: Ex q̊ infert predict⁹ ſanct⁹ ſapientiã mũdi eẽ ſtultitiaz apõ deũ. hoc non aſſero: ſed audiui a fide digno q fuit in grecia aſſerẽs tractatũ illũ apõ grecos eẽ cõem ꝛ vulgatũ. De morte v̾o Platonis. poli. vbi.s̃. ait. Deceſſit autez octuaginta annis ꝛ vno ꝯpletis in tanta reuerentia hominum: ꝛ integritatis auctoritate vt
B diu dubitatũ ſit: diis an ſemidiis poti⁹ eẽt aggregandus. Sed cuz etate illa defficiente: merita. virtutum eius tanq̃ incredibilia quodãmõ ad antiq̃tatis fabulas vergerent: iþz inter ſemideos venerãdũ. Labeo ſcribit vt q̃dã maius hoie: min⁹ deo fuiſſe doceat. hec ibi. Et Augu.ii.de ci.c.xiiij. ait. hunc platonẽ. Labeo inter ſemideos cõnumerandũ putauit.

¶ Capitulũ dcimũ ſeptimũ. De honore ſibi exhibito poſt mortẽ.

d

E hoc eodem Sen̄.epla
D lxi. dicit. Nã hoc ſcilicet ſcis puto platoni diligentie ſue beneficio contigiſſe ꝙ natali ſuo deceſſit: ꝛ annũ illũ vnũ atq; octuageſimuz impleuit ſine vlla detractione. Jõ magni qui
forte athenis erant immialuerũt C
defuncto amplioris fuiſſe ſortis q̃ humanitati: qr cõſumiaſſet ꝑfectiſſimũ numerũ quẽ nouẽ nouies multiplicata ꝯponũt. Non dubitantes ꝓpter paucos dies q defficerent ex iſta ſumma ſacrificium remittere. hec ille. Et de occaſu ſiue morte tanti luminaris: ait policra. vbi.s̃.c.vi. Sol e celo viſus eſt cecidiſſe: q̃ dic philoſophorum princeps plato reb⁹ exceſſit humanis: ꝛ q̃ſi lucernã mũdi extinctã defleuerũt: q ad thronum ſapientie: cui ille diu preſederat ſua arbitrabant̃ ſtudia perferrenda. Et de eius morte Tul.
de ſenec.c.ij. dicit: ꝙ vno ꝛ octua D
geſimo anno ſcribens plato mortuus eſt. Q̃ nobilis ergo fuit iſte philoſophus i philoſophia. que eum nobilem fecit vt.s̃. habituz eſt a Sen̄. ꝛ q̃ multis imitãdus

tan dictis q̄ꝫ factis patet conſide
ranti ex premiſſis.

¶ Quita diſtin. De vita Ariſto.
telis.

¶ Capitulum primum. De ori/
gine eius ꝛ parentibus.

I Icet Plato nobilis
philoſophꝰ: multos
habuerit diſcipulos il
luſtres: tñ cū Ariſto/
teles eius diſcipulus
vir excellentis ingenij: ſibi in do
cendi officiū ſucceſſiſſet: q̄ſi ma/
tutinum ſydus fulſit hoībus: ꝛ q
buſdam multiplicis philoſophie
E preceptis: velut varijs ſapientie
radijs illuſtrauit orbē: ꝛ tāq̄ꝫ ocu
loꝝ deterſa caligine: ad intuēdaꝫ
veritatis ſpēꝫ: mētes hominum
reparauit: ꝓut dr in poli. vbi. s.
Sꝫ anteq̄ꝫ colligant q̄ d̓ eo dicta
ſunt in diuerſis libris: ſcribat tra
ctatꝰ de vita eiꝰ tranſlatꝰ de greco
in latinū vt dr: maxie qꝛ nō ha/
betur a m̄ltis coiter. ¶ Ariſtote/
les gente q̄dē Macedo: patria
v̓o Aſtragoricanꝰ Strageta autē
ē ciuitas Tratie: vicina olyntho:
F ꝛ Mothoni. Fuit aūt filius Ni/
chomachi ꝛ feſtidie ambobus a
Machaone Aſclepiade deſcen/
dētibꝰ. ſicut deſſignat epigrama
quod fuit d̓ ipſo ſic di. Feſtiō fuit
mr̄e: Nichomaco genitore: q de
ſcenderunt ab Eſculapio iſignis
G Ariſtoteles. Sed Arminuſtus ꝛ
Armiſtei. Nichomacꝰ aūt pater
Ariſtotelis: medicus fuit Arimi

thi regis macedonū pr̄is Phi/
lippi. Ad memoriā aūt ꝓprij pr̄is
Ariſtote. filiū ſuū Nichomacū
appellauit. cui Nichomaco ethi/
cam ſcripſit. Itaq̄ꝫ habitꝰ q fuit
ei circa medicinā ꝛ ph̓iam: fuit ſi
bi a patre ꝛ ꝓpria generatiōe pꝰ
mortē aūt Nichomachi ꝛ Feſti
dis parentū: ducit a q̊dam noie
Praxeno Achirinū. Cuiꝰ famā
ꝛ nutrimētū habēs: in memoriā H
filiū ſuū Nichanora educauit: ꝛ
docuit: ac filiū ſibi fecit. Et i mor
te ſua ꝑcepit in teſtō filiam ſuaꝫ
nomine pythardā, genitaꝫ ſibi a
pythayda tradi dicto Nichanori
in vxorem.

¶ Caplm. ij. De eius etate q̄ iuit
Athenas: ꝛ q̄ñ adheſit Platōi.

A Riſtoteles aūt iuuenis
adhuc exiſtēs: doctrinā
eloquentie docebat: ꝓut
declarant homerica comenta ab
eo ſcripta. ꝛ Iliadis dictamē. qd̓
dedit Alexādro: ꝛ dialogꝰ de poe
tis: ꝛ tractatꝰ de poetica ꝛ rhetori
ca. Factꝰ aūt ānoꝝ decē: ꝛ ſeptē ꝛ
pithia ꝑcipiente: ipſꝫ ph̓ari: mit I
titur Athenas: vbi adherēs So
crati: moratus eſt cū eo annis tri
bus. Mortuo aūt Socrate: ad/
heſit Platoni: ꝛ moratꝰ eſt cum
eo annis viginti vſq̄ꝫ ad finem
Platonis: ſicut ipſe declarat ſcri
bens Philippo. Et tantā Pla/
tonis dilectionē adeptꝰ eſt: ꝛ dili/
gentiā circa ſtudiū ph̓ie: q Pla
to domū Ariſtotelis: domū lectio

riam vocabat. Et frequēter dice bat. Eam⁹ ad domū lectoris. Et
K ipſo abſente a lectione clamabat Intellect⁹ abeſt: ſurdū eſt audito riū. Uixit aūt poſt mortem Pla tonis annis trigintatrib⁹: ptīz q̄dē docēs Alexandrū filiū Phi lippi ptim circuiens cū eo multā terram: ptim componēs libros: partim doctrinis iminens. Non eſt autem verum ꝙ edificauerit Liciū ꝯ Platonem. viuum exi ſtentem ſicut Ariſtoſenus accu ſauit: ⁊ Ariſtides poſtea ꝯſecut⁹ ē Adheſit enim Platoni vſqꝫ ad finem eius. Plato autem natus fuit Ductuno dominante atheni enſibus ⁊ viuens annis octuagi ta duobus ſm doctores: vt ſupra dictum eſt: āno octuageſimo pri mo vitam finiuit ſub Theophi lo. Ariſtotelis vͦo natus ſub Dioſ copho: ⁊ viuens annis ſexaginta
L tribus moritur in tempore Phi lodei. Adheſit autēz Ariſtoteles Platoni in tempore Naphigeni Et fuerunt a Teophilo ſub q̄ mo ritur Plato vſqꝫ ad Philodeū anni viginti tres: quibus ſuperui xit Ariſtoteles Platoni. Nō eſt enim verum ſicut quidam men tiuntur: ꝙ quadraginta ānis īmp ratus ſit Ariſtoteles ſub Plato ne tempore ꝯdoxij. Ariſtotele enim ſexaginta tribus annis vi uente tres anni reſtant a morte Platonis: ablatis decē ⁊ ſeptem quibus ſtuduit in triuio: ⁊ tribus quibus fuit cū Socrate: ⁊ ablatiſ quadraginta quib⁹ fuit cū Pla tone. ſicut ipſi dicunt. In tribus enim annis non ſolum fuerat im poſſibile tanta componere: ſꝫ nec etiam facile legendo tanta tranſ currere: ſicut Philothorus hy ſtoriçauit. Nec etiam fuit conue niens Ariſtoteli extraneo exiſten ti poſſe id facere contra Platonē M
qui erat ciuis ⁊ valde potens: ꝑ pter Gabriam: ⁊ Thymeū prin cipantes Athenienſibus: ⁊ gene re ſibi cognatos.

¶ Capitulum tertium. De ci⁹ ho nore apud principes: ⁊ de eius ꝑ fectu.

Post mortem autē Pla tonis Spegippus quidā ſuſcepit ſcolas ſuas Fue rat enim hic filius Sparthonis ſororis Platonis. Ariſtoteles āt morebatur in Macedonia do cens Alexandrū Philippi filiū Et in tantū honorat⁹ eſt a Phi lippo ⁊ Olympiade matre alexā N
dri ꝙ ſibi conſtruxerunt cuꝫ eis ſtatuaꝫ: ⁊ in magna parte fuit cō ſors regni eius: ⁊ multum labora uit pro rege. Et cum eſſet magna pars philoſophie ad bn̄faciendū poſtea vſus eſt. benefaciens ⁊ ſin gulis proprie: ⁊ omnibus cōmu niter. Et ꝙ multis quidem ꝓprie benefecerit: declarant ab eo miſ ſe epiſtole de quibuſdam ad regē O
Quō autem cōmuniter benefece rit multis: demonſtrat illud: ꝙ cū

uitatē ſuam Stragicam dirutam
prius a Philippo: induxit Ale-
xandrum reedificare: ⁊ regionē
aliam ipſi tradi. Propter quod
⁊ Stragerini feſtiuitatē celebrāt
Ariſtoteli: ipſam Ariſtoteliā ap-
pellantes: ⁊ menſem in quo feſti-
uitas celebrat Stragericū nomi
nant Et etiam Epheſum vrbē
Theopraſti: ⁊ Theophani diſci-
puloꝝ eius deſtruendam libera-
uit a dſtructione. Stragerini cor
pus Ariſtotelis mortui in Calci-
de reduxerunt in Stragerā: ⁊ al-
tare conſtruxerunt in monumen
to: locū ipm Ariſtotelicū appel
P lantes: ibiq ad conſilium cōgre
gabantur. In multis autem etiā
Athenienſibus benefecit: vt de
clarāt tractat⁹ q ſunt ad Philip
pum. Jō Athenienſes in Acro-
poli. illi ſtatuam conſtruxerunt.
Vt autem etiam omnibus bene-
faceret: ſcribit Alexandro librū
de regno: docens eū qualiter oꝫ
regnare ⁊ in tantū mouit animū
Alexandri ad benefaciendū: ꝙ
dicebat. Quia non feci bene ho-
die aliquibus: non regnaui. Qd
equale eſt egroto medice morbo
ephimero: propter qd ea die ope
rationes ſanorum non facit. Ju-
uene autem exiſtente Alexādro
⁊ militante contra perſas eundo
cum eo: neq tunc abſtinuit phi-
loſophari. Tunc enim compoſu
Q it hyſtoriam ducentarum quinq-
ginta policiarū: ⁊ aſſociauit eum
vſq in perſiam. Ubi bello facto
rediit in patriam ſuam. Et Anti-
pater. ſuſcipiens Alexādri regnū
in honorem Ariſtotelem habuit
non minus ꝙ Alexander.

¶ Capitulum quartum. Quare contradixit Platoni in quibuſdā ⁊ quare.

ſ Pegippo autem nepo-
te Platōis mortuo: ei⁹
diſcipulos ſuſcipiūt Xe-
nocrates: ⁊ Ariſtotenes ſapientiſ
ſimi. ⁊ Ariſtoteles quidem rege-
bat in Licio: Xenorates in Acha
demia: vbi ⁊ Plato ſtuduerat.
Non enim ſicut Ariſtoſenus ⁊
Ariſtodes dicunt Platone viuē
te: ⁊ in Achademia docente Ari
ſtoteles edificauit Licium con-
tra eum. Quod quidam temptāt
dicere propter id quod in pluri-
bus contradicit Platoni. Con- R
tra quos dicendum: ꝙ non ſim-
pliciter contradicit Platoni: ſꝫ
non intelligētib⁹ ea que ſūt Pla
tonis. Si autem ⁊ Platoni con
tradicit: non eſt inconueniēs. Et
enim in his que Platonis ſunt
ſapit. Platonis enim ſermo eſt.
ꝙ magis oportet curare de veri
tate ꝙ de aliquo alio. Et alibi di-
cit. Amicus quidē Socrates ſꝫ
magis amica veritas. Et in alio
loco. De Socrate inquit parū eſt
curandum de veritate vo multū
Hoc igit ⁊ Ariſtoteles fecit: ⁊ de
ſtruxit verba Platōis quis cō
ſona ſibi fecit: nolēs deſpicere ve

ritatem. Habuit autem multam
dilectionem ad Platonem vt pꝫ
ex eo ꝙ aram ſibi conſecrauit:in
S qua ita conſcripſit. Aram Ariſto
teles hanc fūdauit Platoni: quē
non eſt conueniens malis lau//
dare. Forte etiam neqꝫ ad ea que
videntur oppugnare Platoni
ſed ad eos qui male ītelligūt ipſa
ſicut ⁊ genituꝫ eſſe celum in libro
qui eſt de celo. Quidam enī ex
tra intellectum: illud poſuerūt ⁊
alia ꝓpria ſenſibilia. arbitrati ſūt
ipſa vt hominēꝫ īmortalē ⁊ equū
Qđ enim non vult ipſa oīno nō
eē oñdit ī methaphiſicis. di. dupli
cē eſſe ordinē: hunc in duce exer
citu/ hunc in exercitu: ⁊ alterū eē
cauſam alterius. Et in libro de in
tellectu dicit: ꝙ eſt ſ͛m animum
eſſe res.

¶ Capl'm. quintū. De moderan
tia eius in ſcribendo ⁊ loquendo

Ultis autem Ariſtoteleſ
m moderatus fuit modis.
Unde ait in predicamen
T tis. Non oportet prompte diffini
re: ſed quod multociens conſide
ratur. Et dubitare de ſingulis nō
eſt inutile Et in his que de bono
oportet reminiſci hominem exi/
ſtentem non ſolum bene fortuna
tum. ſed etiam demonſtrantem.
Et in ethicis. Nichomacus: ami
cus quidem vir. amica autē veri
V tas. ambobus v͛o entibus ami/
cis: ſanctam prehonorare verita
tem. Et in methauris. Horū qui
dem quedam dubitam⁹: quedaꝫ
v͛o attingimus ſ͛m aliquem mo
dum. Et in eiſdem. Neqꝫ ſemel.
neqꝫ bis: ſed infinite eaſdem opi
niones fieri hominibus: ꝙ non
multum ſapientia ſuperbiamus:
in quibus inuehire videmur: Et
talis qdem ſ͛m vitam fuit Ariſto
teles philoſophus.

¶ Capitulum ſextum. De ei⁹ ſtu
dioſitate: ſcriptis: ⁊ libris.

Ddidit aūt philoſophie
a plura que ab ipſa elegit.
Ethice quidem addidit:
felicitatem neqꝫ in exteriorib⁹ bo
nis conſtare ſicͫ Poli. ait. Ne//
qꝫ in anima ſolum ſicut Plato
poſuit ſed habere quidem formā
in aīa: coinquinari aūt ⁊ cōtriſta
ri ſolum ipſam ab exteriorib⁹ nō
bene ſe habentib⁹ proprie dictio/
nibus vtens: Et enim: que inqui
nantur interius ipſa pulchritudi
nem habent: occultant autēꝫ ſ͛m
ſolam ſuperficiem: ⁊ contriſtata
eandem magnitudinē habēt ſ͛m
veritatēꝫ. Philoſophie addidit
qntam eſſentiam. Mathemati X
cor autem exigonū eſſe cōmuni
viſuū. Propter quod in plus ex
cedit viſus cuius inſpicit magni
tudinem. Et ſ͛m hoc nihil eorūꝫ
que non ſimul totum videt: ⁊ ſic
maiorem fieri axem baſe que eſt
ex hoc: ⁊ exigonum conū perfice
re. ⁊c. Theologie v͛o q̄uis nihil
addiderit: nihil tamen de ea di/
minute determinauit. Non enī

ſolum mundana vidit: ſicut qui-
dam putant: ſed ea q̄ ſupra mū-
dū ſunt: ſicut ꝺclarat. viij. ꝺ phico
auditu. di. ꝙ prima cā neqꝫ per ſe
numero: neqꝫ ſm actus: ex hoc
demonſtrans: ꝙ diuinum neqꝫ
corpus eſt: neqꝫ paſſibile. Com-
poſuit autem medicinalia ꝓbleu
mata: ⁊ phiſica probleumata i oc
tuaginta libris exiſtentia: ⁊ con-
ſpectiua probleumata: ⁊ metaphi
ſica ⁊ ſcriptas ab eo iuſtificatōes
grecarum ciuitatum: cum quibꝰ
Philippus lites grecoꝝ deter
minabat. Scripta autē eſt ab eo
hyſtoria politiarum poſteriꝰ. In
philoſophia autē tranſcendit hu
manam menſuram: nihil dimi-
nute tradens ſeu tractans de ea:
ſed multa addiciens ex ſua ſoler-
tia: totam direxit philoſophiam.
Logice quoqꝫ appoſuit diſtiguēſ
res a rebus faciens demonſtrati
uam ſcientiam. Antiq enim: de
monſtrare quidem ſciebant: ſed
demonſtrationem facere ignora
bant: idez patientes coriarijs: po
tentibus quidem, vti calceis: non
potentibꝰ autē rationem aſſigna
re. Inſurgentibus aūt ipſi Athe
niēſibꝰ iuit Calcidam hec dicēs
Concedam Athenienſibus bis
peccare in philoſophia. Et mit-
tens Antipatri: ſcribit Athenien
ſibus cōmorari: periculū. Et di-
xit illud Homeri. Puto nanqꝫ
ſupra picū ſeneſcit: ficus autez ſu
pra ficum: ſucceſſionē accuſatoꝝ
enigmatice loquens.

¶ Caplm ſeptimū. De eiꝰ etate
in qua mortuꝰ eſt: ⁊ de eius ꝓle:
⁊ diſcipulis.

Fuit autē Ariſtoteles an
nis ſexaginta tribꝰ. Nā
quindecim ānos habēs
adheſit Socrati: ⁊ cuz eo fuit tri
bus annis: Adheſit aūt Plato-
ni viginti annis: poſt mortez quo
qꝫ Platonis vixit vigintitribus
annis. Totū aūt tempus vite eiꝰ
numeratum fuerūt anni ſexagin
ta tres. Et mortuꝰ eſt in Calcide
dimittens teſtamentū ſcriptū: qꝺ
fertur ab Andronico ⁊ Ptholo
meo: cū voluminibus ſuoꝝ tra-
ctatuum. Dimiſit autem filiū Ni
chomacū: ⁊ filiam Pythaydaz
proprios diſcipulos Teophraſtū
Phanium: Eudimū: Calidum
Ariſtotenē: ⁊ Dyatheocum. Tra
ctatus autē mille numero. Mul
tum aūt potuit cum regibus qui
tempore ſuo fuerunt: Philippo:
Olympiade: Alexādro: ⁊ antipa
tre. Potētia vſus eſt organo phi
loſophie. Proprium aūt fuit phi
loſophie Ariſtotelis: nō diſcede
re a manifeſtis. Poſt demōſtra
tiones enim eſſet multorum teſti
monia ferre. Et pedictis concor-
dat quod ait Cōmentator in ꝑn
cipio Ethicorum. Titulus inquit
libri morum Ariſtotelis Strage
rici ad nichomacum Stragerice
opidū: vnō natus Nichomacꝰ ⁊

q vel pater vel amic⁹ hec ille. De
ipo vo Ariſtotele Aug. viij. d ci.
c. xi. Ariſtoteles inquit Platõis
diſcipulus: vir excellentis ingenij
B ⁊ eloquio Platonico quidez im
par: ſed multos facile ſuperans:
cum ſectam perypatheticam con
didiſſet: deãbulans diſputare con
ſueuerat: plurimoſq3 diſcipulos
preclara fama excellens: viuo ad
huc Platone in ſuã hereſim cõ
gregauit. hec ille. Qualis vo eta
tis fuit: qñ incepit audire Plato
nem: ait magiſter i hyſtorijs ſup
heſter: ꝙ erat tunc decimũocta
uum annum agens.

¶ Capl'm octauũ. De eius inge
nio: ⁊ ſtudio.

Qualis autem ingenij fuit
q ait Tul. i. de diuinatione
c. xi. ꝙ fuit vir ſingulari
ingenio: ⁊ pene diuino. Et idẽ in
prologo. tuſ. q. dicit. ꝙ fuit vir ſũ
mo ingenio: ⁊ ſcientia copioſus.
¶ Qualis autem ſtudij fuit patz
ex fructibus ei⁹. ſ. ex libris ab eo
editis: ⁊ eorum artificioſa ſubtili
tate. De cuius ſtudio: primo Ale
xandreydos. Forte Macer pal
lẽs incõpto crine magiſter. Nec
facies ſtudio male reſpondebat.
Aptis exierat thalamis: vbi nup
corpore toto: Perfecto: logycos
C pugiles armarat elencos. O ꝗ̃
difficile: ſtudium non ꝑdere vul
tu. Liuida nocturnam ſapiebant
ora lucernam. Seq3 maritabat
tenui diſcrimine pellis. Oſſibus
in vultu: parteſq3 effuſa per oẽs.
Articuloſ manuũ. macies ieiuna
premebat. Ex quibus patet. ꝙ fu
it moderantia temperatus: ⁊ ma
ceratione voluptatis ſibi auſter⁹
Unde Vale. li. vij. c. vij. preceptũ
Ariſtotelis fuit: vt voluptates abe
untes conſiderem⁹: quas quidez
ſic oſtendendo innuit: feſſas eniz D
pnieq3 plenas animis noſtris ſbi
cit: quo minus cupide appetant.

¶ Capitulum nonum. De eius
eminentia. ob quã ſibi nomẽ phi
eſt appropriatum.

Qualis aũt philoſophus
q fuit ait bene Auicena. iij.
metha. c. v. ꝙ fuit egregius ph̃s
⁊ Rabi moyſes. li. i. c. iiij. dicit: ꝙ
fuit princeps philoſophoꝝ. Et d
eo Poli. vbi. ſ. dicit. ꝙ tractauit
omnes philoſophie partes. ⁊ pre
cepta dedit in ſingulas. Sed pre
ceteris ſic rationalem redegit in
ius ſuum: vt a poſſeſſione illi⁹ vi
deret omnes alios exceſſiſſe vl' ex
cluſiſſe: Ita vt cõmune nomen
omnium philoſophorum antho
nomatice. i. excellenter ſibi pro
prium eſſe meruerit. Fuit autem
facũdus elloquio ſed vberior ſen E
ſibus: ⁊ doctus omnium ſenten
tijs obuiare. Sequitur. Fuerunt
q eum incubi demonis filiũ cre
derent ꝓpter agilitatem corporis
perſpicaciam ingenij: ⁊ glorie ap
petitum: qua multiplici induſtria

omnib⁹,precipere conſueuerat. Hec ibi. Unde ⁊ quidam ſapiēs in ſuo tractatu ait .ꝙ Ariſtoteles gloriabatur ſe habere ſpirituꝫ familiarem.

¶ Capitulum decimum. De ei⁹ induſtria: ⁊ ordine in docendo diſcipulos.

Uit autem in docēdo induſtri⁹ ⁊ peritus. Docebat enim diſcipulos pro eorūꝫ capacitate: ⁊ diuerſa diuerſis tēporibus. ait Au.geli⁹.li.viij. c.x.vi. ꝙ cōmentationum quas tradidit Ariſtoteleſ due erāt ſpecies: vel que ad rhetoricas meditationes facultatem arguitiarū ciuiliumqꝫ rerum noticiam cōducebāt: ſiue apoatyca vł agroatyca: in quibus philoſophia eminentior ſubtiliorqꝫ agitabat: q̄qꝫ etiam ad nature contemplationē diſputationes dyalecticas huic diſcipline exercēde tempus dabat in Licio matutinū: Necqꝫ ad euꝫ quemqꝫ admittebat: niſi quorūꝫ aut ingenium: aut eruditiōis elementa atqꝫ in docendo ſtudium laboremqꝫ explorāſſet. Illas ꝟo exotericas auditiōes exerciciūqꝫ diſcendi in eodē loco veſperi faciebat:eaſqꝫ vulgo iuuenib⁹ ſine delectu prebebat. Utroqꝫ tempore ambulans diſſerebat: omniūqꝫ rerum comentarios ſeorſum diuiſit: vt ⁊ dicerent partim exoteria partiꝫ agroatica.hec ibi. Et Poli.v bi.ſ̄. Hic eſt qui primus ſtudiorum genera in agroticum ⁊ exotericum dꝫ diſtinxiſſe. Naꝫ ⁊ familiares ⁊ q̄ſi domeſtici admittebant in agrotica. Exoterica ꝟo non modo extraneis ſed etiā hoſpitib⁹ ⁊ peregrinis patebant. Artificioſe ergo ⁊ ordinate docebat. Quā efficax ꝟo fuit in docēdo.dicit. Poli.ibidem . Hic eſt inquit: cuius diſputationibus effectum eſt.vt Achademia moueretur magis ratione q̄ꝫ colliſione ventorum. Licet enim pipateticus non Achademic⁹ cenſeret:eo tamen ſollicitāte de ſingulis maxime ceperunt Platonici qui relicti fuerant fere de oibus diſputare.

¶ Capitulūꝫ vndecimū. Quātr fuit ſtudioſus ad cognoſcendum nās animalium.

Uaꝫ ꝟo ſtudioſus ⁊ laborioſuſ fuerit ad cognoſcendum naturas reruꝫ: narrat Plinius li.viij. ꝙ Alexāder magnus inflat⁹ cupidie noſcendi naturas animalium. Ariſtotelis ſūmo in omni doctrīa viro aliquot millia hominū: toci⁹ Aſie greciecꝫ:tracie: parere iuſſit:. Qui venatus aucupia pullatus alebant:quibus varia armentaꝫ:aluearia: piſcine viuaria in cura erant: ne quid vnq̄ꝫ genitum ignoraret ab eo . Quos percunctando quinquaginta fere volumina illa preclara ꝺ animalibus condidit.

¶ Capl'm. duodecimū. De ſubtilitate ⁊ breuitate librorum ſuorū ⁊ quare ſic edidit eos.

q Uam ſubtiliter: ⁊ q̄ profunde: multa ſub breuitate comprehendendo: libros diuiſerit: patet ex Aulo gelio vbi.ʒ. Cū inquit libros ab eo editos ⁊ in vulgo publicatos rex Alexā der cognouiſſet. atq̄ ea tempeſtate armis exercitū omnē ꝓpe Aſiam teneret: regemq̄ darium prelijs ⁊ victorijs vrgeret: in illis tātis negotijs lr̄as ad Ariſtotelem miſit: non eum recte feciſſe ꝙ diſciplinas agroaticas quibus ab eo erudit⁹ foret: libris foraſ editis inuulgaſſet. Nam qua inquit alia re ꝑſtare poterim⁹: ſi ea que a te accepimus: omnium rurſus cōmunia fiant? Ego quippe doctrina anteire malim q̄ copijs atq̄ opulentijs. Reſcripſit Ariſtoteleſ. Agroaticos libros quos editos quereris: ꝓuide vt archa abſcōditos: nec editos ſcito: nec nō editos: qm̄ his ſolum cognoſcibiles erant. ſ. qui poterant ex breuibus multa comprehendere. Nō aūt libros ſuos ſub tanta breuitate ⁊ difficultate ediderit: aliq̄ aſcripſerunt. inani glorie ⁊ inuidie: ꝓut ait Alexander neq̄ li. i. de naturis rerum. Certum eſt ingt: ꝙ dictus philoſophus ſic ſcripſit victori peleo. ſ. Alexādro mūdum ſubiuganti. ⁊ impatienter ferenti ꝙ ipſe dyalecticam elaboraſſet ita edi. Ita inquit edidi; ac ſi nō ediſſem. O oſtentatio: ⁊ innanis gloria que ipſum: dyalecticam ſic edere compulit. O inuidia: dum anxietate deciſe breuitatꝭ fere ſingula perſtrinxit: adeo vt vel modicum ipſius opus: totum ſibi vendicet lectorem. hec ibi. Poſſet tamen dici: ſic eum libros ediſſe ad exercitiuʒ ſtudentiū: ⁊ hoc ex artis exigentia que eſt circa bonū ⁊ difficile: Unde ait Paꝑ. ꝙ qn̄ librū perhierminias ſcriptitabat calamū in mente tingebat. Omnis eniʒ locutio accepte rei interpres eſt. Sicq̄ liber ille ſubtiliſſimus. L

¶ Capitulum decimumtertium De ei⁹ auiditate in habēdo libroſ alienos.

I Icet autem fuerit tantus ph̄us: ⁊ taʒ profundus: libros tamen alioruʒ nō contēpſit: imo care emit: ait Au. gelius lib. iij. poſt principiū di. ꝙ Ariſtotelē traditū eſt: libros pauculos Speuſippi ph̄i p⁹ illi⁹ mortem emiſſe talentis acciſis tribus Ea ſūma numeri noſtri eſt ſextertia duo ⁊ ſeptem millia. De Ariſtotelle v̊o Alexander neq̄ li. de naturis rerum dicit: ꝙ priͫ⁹: ſilogiſmos diſtinxit: artificioſā medij termini inuentionē tradidit: M ⁊ theoreumata libri duodecimi Euclidis inuenit: primuſq̄ colores theoricos diſtinxit. Et cuʒ in omni ph̄ia primatuʒ teneret: ſolis

K (margin, beside "doctrina anteire malim q̄ copijs at-")

tamen medicinã ꝓfeſſus eſt. Idẽ Audiens Xenocratem eleganter perorare: indignans ait. Turpe ẽ Ariſtotelem docere: Xenocrateʒ vͦ pati dicere. Et ibi alia dͤ dictis ꝛ factis eius.

¶ Capitulum decimumquartũ. De abſconſione librorum ſuorũ in morte.

q Uid vͦ factuʒ ſit de mul
N tis libris eius. ait Alexã
der neq̃ vbi.s. Ariſto/
teles inquit viaʒ vniuerſe carnis ingreſſurus: ſubtiliſſima ſcripta ſua iuſſit ſecum in ſepulcro recõdi: ne vtilitati poſteritatis ſue deſeruirent. ſed neſcio qua vi natu:
O re aut artis potentia: ne dicam magice artis ꝓdigio locum ſepulchri ſui vicinum circumquaq; ſibi appropriauit: vt illum etiã his diebus nemo intrare poſſit. Ferunt nonnulli dictum locum ſciturum: ꝛ ſcripta ibi repoſita antichriſtum putãt inſpecturũ. Afferent enim vt aiunt nuntij eius ſecreta Ariſtotelis conſpectui eius q ydolum abhominationis ꝛ deſolationis erit. Sed incertis quis adhibere fidem audeat? hec ibi. Et ſic recitando nõ adherendo predicta dixit.

¶ Capĩm decimũquintũ. De cupiditate glorie.

p Luſ ſuʒ aũt glorie auiduʒ ꝛ laudis eſſe. ait Uale. lĩ. viij. c. v. ꝛ recitat Poli. vbi.s. Non modo inquit ſubtilitate qua cunctis celebris eſt: ſed mira auiditate diſcendi eualuit. Adeo quidẽ: vt Platoni merito proximus fuiſſe videat: cum laudis fuiſſe auidiſſimum vel ex eo conſtet: ꝙ cum Theodoti diſcipuli libros artis oratorie: vt eos ederet ꝯtempſiſſet: moleſte ferẽs tantuʒ laudis ꝛ glorie alij ceſſiſſe proprio volumine quibus rebus inſiſtẽs plant⁹ ſibi de his i Theodoti libris dictuʒ adiecit. Ex quo cõcludit Ual. ꝙ gloria ne ab his qui contemptum eius introducere conant negligitur. Nam ꝛ voluminibus nomina ſua adiciunt vt quod ꝓfeſſione leuant vſurpatione memorie aſſequant hec ibi Qualis autem fuit in ſcribendo libros ꝛ docẽdo alios: patet in ſuis ſcriptis. Ut enim dicit Alexander neq̃ vbi.s. Ingenium Ariſtotelis cõmendare ſuperfluum eſt: qꝛ ſolem iuuare facib⁹: ſuperuacuũ. Omnem enim partẽ philoſophie rõnalẽ: ꝛ naturalẽ moralem edocuit: ꝛ ſcripto tradidit. Q

¶ Capitulum decimum ſextum De enigmatibus ꝛ moralib⁹ dictis eius.

e Nigmata vͦ Ariſtotelis recitat Hieroni. li. iij. cõtra rufinum. que ſunt hec. Stateram ne trãſileas. i. ne pretergrediaris iuſtitiam. Igneʒ gladio ne foueas. i. iratum ꝛ tumidum animum verbis maledicis ne laceſcas. Coronã minime carpendã

carpendam.i.leges vrbium con
ſeruandas. Cor non comedēdū
i.merorē de animo deponendū
Cum pfectus fueris ne redeas:
i.poſt mortē: vitam iſtam ne deſi
deres. Per viam publicam ne
ambules.i. ne multorū ſeq̄ris er
rores. Hyrundinē in domo non
ſuſcipiendam.i.garulos & verbo
ſos ſub eodem tecto non haben
dos. Oneratis ſuperponendum
onus: deponentib' non cōicādū
ideſt ad virtutem incedentib' au
genda precepta: Tradendos ſe
R ocio relinquēdos. hec ibi. Mul
ta quoq; alia moralia & preclara
ſcripſit & dixit in libris quos com
poſuit ad mor correctionē. Si
cut in libro quem fecit de ebrieta
te ſicut dicitur primo Saturnal.
& in illo quē edidit de numero
de quo loquit Hiero. ꝯ Jouin.
Cuius verba quedā recitat Val.
S li.ij.c.vij.vbi narrat dictum eius
vtile. Ariſtoteles inquit ē ſemet
ipſo in neutram partem loq ho
minē debere predicat: quoniam
ſe laudare: vani vituperare quoq;
ſtulti eſt. q̄ diſcretus fuit in con
ſulendo ibidem Val. Ariſtoteles
inquit Caliſtenē ad Alexādrū
mittens monuit: vt ei aut nunq̄
aut iocūdiſſime loqueret: quo ſci
licet apud regias aures: nil ſilen
tio tutior: vel ſermone acceptior
eſſet. Ille vo dn̄ Alexandrū gau
dentem cerneret: & ad macedo
nicos mores dn̄ inuitū reuocare

perſiſteret: ſpiritu carere iuſſus
eſt: ſeramq; neglecti ſalubris cō
ſilij penitentiā egit. hec ibi. q̄ vo
doctus fuerit & diſcret' in docēdo T
Alexādrum: orbem regere: patz
primo Alexandreydos: vbi reci
tant ſalubria eius conſilia: & egre
gia documēta. Conſultor inquit
procerū ſeruos contemne bilin
gues. Et neq̄: ne quos humiles
natura iacet ꝓcepit: Exaltes &c.
Necnō & in epl'a quam miſit ei
cōſilia ſuaſit. vbi ait. O Alexan V
der ſerua animā tuā nobiliſſimā
que ꝯmendata eſt tibi: nō vt de
honeſtaturo ſed vt glorificaturo.
Et ſic de alijs que ibi ponit.

¶ Capitulū. decimūſeptimū.
Qualiter ꝓmuniuit Alexandrū
a puella veneno nutrita.

e Xhis pater: q̄ fidelis fu
it ſuo diſcipulo quem do
cebat. vnde legit in dicta
epiſtola: q̄ fuit puella quedā miſ
ſa Alexandro a regina indorum
que nutrita fuerat & imbuta vene
no ſerpētū. Ita q̄ natura ei' ver
ſa fuit in naturā ſerpentū. Que
cōfigebat viſum in faciem homi
num: & interficiebat eos ſolo vi
ſu. Et niſi Ariſtoteles ꝓmuniſſet X
mors Alexādro ſubſecuta fuiſſet
in ardore coytus cū illa.

¶ Capitulum decimumoctauū
De eius ſollicitudie ꝓ republica.

q Uam vo ſollicit' fuit & pi
us erga rempublicā: pa
tet i libris ſuis: ſiue in po

litica quam edidit ad reipublice gubernationẽ ⁊ ad ſingulorũ inſtructionem q̄liter debent viuere.vn̄ de ſua ſollicitudine Val.li.i.c.vi. Ariſtoteles inquit ſupme vite reliquias ſenſibus ac rugoſis membris: in ſummo litterarum otio vix cuſtodiẽs adeo valenter pro ſalute patrie incubuit. vt eam hoſtilibus armis. ſolo equatam in lectulo athenieñ. iacens: macedonum manibus quibus addicta erat eriperet. Itaqꝫ vrbe ſtrata atqꝫ euerſa. alexandri familiaritate q̄ reſtituta eſt Ariſtotelis notum opus eſt. Sollicitus igit pro republica in liberatione eiꝰ ⁊ piꝰ fuit cõpatiendo indigentibꝰ. In tractatu enim de dictis phorum legit eũ dixiſſe: ꝙ id ſolum habꝫ paupertas incõmodi: ꝙ alios iuuare nõ põt. Pius ergo fuit eiꝰ affectus ad indigentes vt videt.

Caplm.xix. De eiꝰ diſcretiõe in iudicãdo ⁊ eligẽdo ſucceſſorẽ

N iudicando aũt fuit prouidus ⁊ diſcretꝰ: ait Augelius lib.xv.c.iiij.di. ꝙ Ariſtoteles philoſophus annos fere iam nactus duos ⁊ ſexaginta anñ: corpe deffũcto: ac ſpe vite tenui fuit. Tunc omnis eiꝰ ſectatorum cohors aduenit: obſecrans: vt ipſe deligeret: loci ſui magiſtrij ſucceſſorẽ: quo poſt ſummuꝫ eius diem ꝓuide vt ipſo vterẽtur ad ſtudia doctrinaruꝫ cõplenda excollẽdaqꝫ quibus ab eo imbuti fuiſſent. erant enim multi boni i eius ludo diſcipuli: ſed precipui duo Teophraſtꝰ ⁊ Monedemꝰ qui ceteros doctrina ⁊ ingenio ꝓſtabant. Primꝰ ex inſula leſbo. Secũdꝰ ex Rhodo. Ille r̄ndit ſe facturum qd̓ vellent: cũ id ſibi foret tempeſtiuũ. poſt breui tẽpore cũ p̄ntes eẽnt qui hoc petierãt cũ biberet vinuꝫ: dixit inſalubre eẽ ſibi ⁊ aſperum: ſꝫ q̄ri debere. vel Rhodiũ: vl' Leſbiuꝫ petijt: vtrũqꝫ ſe illo dixit: ꝙ ſe magis iuuiſſet. Et cuꝫ afferrent Rhodiũ petit ⁊ õguſtat. Firmũ igt hercle ⁊ iocũdũ petit mox leſbiũ. Quo deguſtato: vtrũqꝫ ingt opior bonũ. Id vbi dixit nemini dubiuꝫ: gn lepide ſil' ⁊ verecũde ſibi ſucceſſorẽ: illa vice ñ vinũ delegiſſꝫ Is erat ex leſbio Teophraſtꝰ ſuauitate ligue pariter ⁊ vite inſignis Itaqꝫ ñ diu pꝰ: Ariſtotele deſũcto: ad illum omnes acceſſerũt. hec ibi. Curiali ergo modo ⁊ diſcreto ſibi ſucceſſoreꝫ elegit. Nec mirũ ſi eſſet diſcretꝰ in hominibus diudicandis: vnũ alij preferendo: qui fuit etiam diſcretus i diiudicando: in eodem homine: quid magis preferendũ: ⁊ quid condemnandũ. vnde Boe.iij.d conſola. dicit: ꝙ ſicut ait Ariſtoteles: ſi linceis oculis homines vterentur: vt eorum viſus queqꝫ obſtantia penetraret: nõne introſpectis viſceribꝰ illd̓ Aſclypiadis ſuperficie pulcherrimũ corpus

turpiſſimuz videretur. Igitur te
B pulchrum videri: non tua natu/
ra ſed oculorū ſpectantium red/
dit infirmitas. hec ibi. Quo autē
docente: fuit ita diſcretus narrat
in tractatu de ſpeculo: ꝙ ſciſcitan
te alexandro quo docente profi/
teretur ſe ſcientem: rebus inquit
que non nouerunt mētiri. Ibidē
recitant alique ſententie ſue: que
ſunt hee. Nunc̄ verecūdiores
eſſe debemus ꝙ̄ cuz de his agiť.
Item viri boni eſt: neſcire faceř
iniuriam. Item iniuria irrogata
iniuſte: eius eſt infamia qui facit.
Item aduerſus inimicos inter
C parietes noſtros victoria eſt q̄/
renda. Admiranda igitur ꝛ lau
danda claritas ꝛ bonitas lucis
eterne q̄ ita iradiauit ꝛ illūinauit
tot radios veritatꝫ ꝛ lūina ꝑ phoſ
tenebroſos tenebris infidelitatis
Deus eniz reuelauit illis Ro.i.

¶ Capl'm.xxi. De eiꝰ morte.

dE morte vō Ariſtotelis
ſcribitur in tractatu Gre
gorii Maçançeni: de quo
ſupra dictum eſt: ꝙ cuz in grecia
apud Nigrūpontem ſit fluxus
maris ꝛ reflexus quaſi ſimľ Ari
ſtoteles volens inueſtigare cām
venit videre: ꝛ diu conſiderans:
cum non poſſet inuenire cauſam
ſufficientem: vt ſibi videbať: ex
D indignatione alloquens aquam.
ait. Quia non poſſum capere te:
capias me. Et ſe ꝑcipitauit ꝛ ſub
merſit. Ex quo concludit dictus
ſanctꝰ: ꝙ ſapientia mundi: ſtulti
tia eſt apud deum. hoc dico non
aſſerendo ſed recitando audita a
fide digno: qui in grecia conuer
ſatus aſſeruit predictū tractatum
ibi communiter eſſe vulgatum. Et
hoc potuit eſſe: qꝛ licet deꝰ reuela
uerit mľtas v̄itates philoſophis
de rebus creatis: timore tamen
ſuperbie euanuerūt in cogitatio
nibus ſuis. Ro.i. Et hec ad pre/
ſens ſufficiant de Ariſtotele.

¶ Capitulum viceſimūprimū.
De aliis diſcipulis Platonis: vt
de Apuleo ꝛ dictꝪ eiꝰ ac ſentētiis.

dE aliis vō diſcipulis pla
tonis: ꝛ qui ſibi ſucceſſe/
runt in ſua ſcola: Augu.
viij. de ciui. c. xi. Cū poſt mortez
inquit Platōis Spegippus: ſo/
roris eius filius ꝛ Xenocrates eiꝰ
dilectꝰ diſcipulus in ſcola eiꝰ que
Achademia vocabať eidem ſuc
ceſſiſſent: atqꝫ ob hoc ꝛ ipſi: ꝛ eo
rum ſucceſſores: achademici ap
pellarenť: recentiores tamen phi
loſophi nobiliſſimi quibꝰ Plato
ſectandus placuit: voluerūt ſe di
ci peripateticos: aut Achademi
cos ſeu Platonicos. Ex quibus E
valde ſunt nobilitati greci Plo
tinꝰ: Iābicus: Porphirius. In
vtraqꝫ autem lingua ſcilicet gre/
ca ꝛ latina Apuleus Afer extitit
nobilis Platonicus. Iſte Apu/
leus cōpillauit librū de deo So/
cratis. cuius pulchre ſunt ſenten
tie: in fine maxime vbi dicit. Ni

biſ eque minor: q̄ cū omnes cu
piant: optime viuere: ⁊ ſciant nō
alia re q̄ aio viui: nec fieri poſſit
quin vt optime viuas: anim⁹ ſit
colendus: tamen animum ſuū
nō colant. Et ponit exēpla. Ocu
li curandi ſunt: vt acute cernatur
pedes curandi: vt perniciter cur
ratur: brachia vegetanda: vt for
F titer pugnetur: ⁊ ſic de alijs mē
bris. Ideo animus colendus: vt
bene viuatur. Et ibidem dicit: q̄
artes ſiue ſcientie alie poſſunt ſi
ne erubeſcentia ignorari: ſicut ra
tio pingendi: pſallendi cantandi
quas vir bonus contemnere po
teſt ſine vituperatione. Sed ne
ſcire bene viuere: null⁹ audet di
cere ſine pudore. Itē: q̄ in ho
minibus ꝯtemplandis noli alie
na eſtimare: ſed ipm hominem
conſidera: vt meum pauperem
Socratem ſpecta. aliena voco q̄
parentes pepererūt: fortuna lar
gita eſt. Sequit. Generoſus es:
G parentes laudas: diues es: non
credo fortūe: valid⁹ es: egritudi
ne fatigaberis: pernix es: in ſe
nectutem abis: formoſus es: ex
pecta ⁊ non eris. Et ibi bene de
conſimilib⁹. Et de prudētia quā
poetico more Mineruam nun
cupauit: q̄ comitante Vlixes eua
ſit pericula. De quib⁹ dictum eſt
ſ. De Speuſippo diſcipulo Pla
tonis non leguntur alia comuni
ter: niſi que dicta ſunt ſcilicet q̄
Platoni in ſcola ſucceſſit vt di-
ctū eſt. Et ſic dicit magiſter in hi
ſtoria ſup heſter: caſtigatiōes ſer
ui contumacis ſibi Plato com
miſit: quando ſe ſenſit iratū. Et
q̄ caſ emit Ariſtoteles libros ei⁹
vt dictum eſt. ſ. ſi tamen fuit idē
Speuſippus.

¶ Capitulum viceſimumſecun
dū. De Xenocrate: ⁊ ei⁹ vtutib⁹
⁊ dictis.

Ed de Xenocrate alio di
ſcipulo Platōis mlta p̄
clara leguntur. Unde de H
eo Tulius libro de natura deoꝝ
c. xi. dicit: q̄ dij poterant eū audi
re. Fuit eniꝫ mundi ⁊ mundialiū
magnus contemptor: ait Tulius
v. tuſ. q. c. viij. di. Xenocrates: cū
legati ab Alexandro quinq̄gin
ta talenta attuliſſent: que erāt tūc
magna pecunia Athenis: addu
xit eos ad cenā in Achademiā.
Quibus appoſuit tantum quod
ſatis erat. Cūq̄ poſt pridie roga
rent eum: cui numerari vellet. ſ.
pecuniam. Quid vos inquit he
ſterna cenula non intellexiſtis:
me pecunia non indigere? Quos
cū triſtes videret: triginta mnas
accipi fecit: ne aſpernari regis li
beralitatem videret. Itē fuit vo
luptatum carnaliū auſter⁹ mor
tificator. De cuius ꝯtinentia Va
leri⁹ libro. iij. c. iij. dicit: q̄ cū mu
lier laſciua ſiue meretrix promi
ſiſſet ſe corrumpere illius cōtinē I
tiam: ⁊ nocte acceſſiſſet ad cellā
eius: nec ille ad eam in aliquo di

uertiſſet:reſpondit mulier in cra
ſtino petentibus a ſe pactum:ꝙ L
non de ſtatua pactum fecerat:ſꝫ
de homine.Uocauit enim eũ ſta
tuam propter eius inflexibilẽ cõ
tinenciam.Et in vita Gregorij
naçançeni legitur de duob⁹ phi/
loſophis ſcilꝫ Xenocrate ⁊ Po/
lomõe:q̊ꝝ vnus diſcumbẽdo
cuꝫ meretrice nullo modo com/
motus aut ꝯmaculatus eſt.alter
cũ eſſꝫ prepotens:humi diſcum
bere ſolitus erat.❡ Iteꝫ fuit mo
deſtia tranquillus: non credens
de facili alienis verbis.Unde de
eo Ualeri⁹ vbi.ſ.dicit:ꝙ cũ qui/
dam diſcipul⁹ ſibi diceret: ⁊ Me/
tellum multa mala dixiſſe de eo
ñ credidit: ⁊ ꝗrenti quare nõ cre
deret reſpondit:non eſſe credibi
le.vt quẽ tãtopere amaret:ab eo
K inuicem non amaret.At illo iu/
rante:affirmauit nũꝗ̃ Metel/
lum illa dixiſſe: niſi ea dici expe/
dire iudicaſſet.❡ Iteꝫ fuit in do
cendo efficax ⁊ virtuoſus.Ad ei⁹
enim doctrinam polemus ado/
leſcens in illecebris nutritus:cõ
uerſus eſt ab illecebris: cum euꝫ
audiuit in ſcolis continentiam ⁊
modeſtiam commendanteꝫ:ait
Uale.libro.vi.De quo in prohe/
mio Comuniloquij: ⁊ Hiero.ꝯ
Iouinianum añ fi. Xenocrates
ſngt philoſoph⁹ de Tripholomi
legibus apud athenienſes tria tã
tum precepta in templo Eulegi/
ne reſidere ſcribit.honorandos
parentes:venerãdos deos.Car
nibus nõ veſcendis.De iſto Xe/
nocrate dicitur in tractatu de di/
ctis philoſophorum: ꝙ cum vi/
deret:furem duci ad ſuſpenden
duꝫ: ait.Magni fures puniunt
minores.

❡ Capitulum viceſimũtertiuꝫ.
De Phedrone.

D E alio võ diſcipulo pla/
tonis ſcilꝫ Phedrone:
ait Aul⁹ gelius libro. iij.
Phedron helidenſis ex cohor
te Socratica fuit: Socrati: Pla
toniqꝫ familiaris:eiuſqꝫ nomini
librũ ꝺ immortalitate anime edi
dit.Fuit autem ſeruus: forma at M
qꝫ ingenio liberali.Et vt quidaꝫ
ſcripſerunt: a Lenone domino
eius puer ad merendũ coactus:
eũ Creber Socraticus hortante
Socrate:emiſſe dicit:habuiſſeqꝫ
eum poſtea in philoſophie diſci/
plinis.Is poſtea philoſophus il
luſtris fuit: eiuſqꝫ ſermones ele/
gantes de Socrate legunt.Unñ
vult dicere:ꝙ qui prio fuerũt ſer
ui p⁹ fiunt clari ⁊ philoſophi. vn
de dicit Helynandus.Mos fu/
it Platoni:libros ſuos intitulari
nominibus magiſtrorũ:vel eo/
rũ quos magiſtri docuerant:vt
maiorem auctoritatem acquire/
rẽt.Inde dicti ſunt Thime⁹ queꝫ
Cicero tranſtulit: Phedron: ⁊
Gorgias ⁊ ceteri.

❡ Capitulum viceſimumquar
tũ.De Gorgia.

x x

BIBLIOTECA UNIV

T enim ait Tuli⁹ de ſene
ctute.c.iij.Socratis ma
giſter Leūtius Gorgiaſ
centum ꝛ ſeptem compleuit an/
nos.Neqꝫ vnqꝫ in ſuo ſtudio at
qꝫ opere ceſſauit.A quo cū que/
reretur:cur tandiu vellet eē in vi
ta:nihil inquit habeo quod accu
ſet ſenectutem meam.Pulchrū
reſponſum:ꝛ docto homine di/
gnum.Hec ibi.Ex quo patet:ꝙ
Plato libros ſuos intitulauit ali/
quando nomine magiſtrorū:ali
quando ꝟo nomine diſcipuloꝝ.

¶ Capitulum viceſimūquintū.
De Teophraſto ꝛ eius ſentētijs.

T autem tactum eſt.ſ̄.di
ſcipulus ꝛ ſucceſſor Ari
ſtotelis fuit Teophraſt⁹
Qui philoſoph⁹ claruit:quia di/
uinitate vt ait Cicero:ſicut reci/
tat magiſter hyſtoriarum ſup li/
brꝫ Machabeoꝝ:hic fecit librū
de nuptijs:in quo preclare diſpu/
tat:an vxor ſit ducenda ſapienti:
in quo tractat de moleſtijs coniu
giorum.De quo libro multa reci
tat Hiero.ꝯ Iouiñ.De quib⁹ ꝑ
parte in cōlloquio.Fecit ꝛ alium
de amicitia:in quo prefert eaꝫ re
bus humāis .hic dicit accuſaſſe
naturam:ꝙ longam vitaꝫ dedit
beſtijs:ꝛ non hominib⁹.vt.ſ̄.ha
bitum eſt.Huius ſententie reci/
tantur in tractatu ꝺ ſpeculo.Ex/
pedit inquit probatos amicos ꝑ/
bare:non amatos iprobare.Iteꝫ
Grauius aduerſariuꝫ ſecuritate
perdidiſti.Item.Amantium ce
ca ſunt iudicia.Et ſic de alijs.vl
terius non proſequitur Augu.de
philoſophorum ſucceſſione:quo
ruꝫ genus fuit Ioniū.ſ.in eis ter
renis:vbi nūc grecia dicit.De q̄/
bus Augu.viij.de ci.c.ij.

¶ Sexta diſtinctio.De vita Pi
tagore ꝛ eius dictis.

¶ Capitulum primum.Qō ipſe
fuit auctor Italicorum pħorum.

T ideo redeundum
eſt ad aliud gen⁹ phi
loſophorum.ſ.Itali/
cum.De quo Augu.
ibideꝫ dicit.ꝙ italicū
genus auctorem habuit Picta/
goram Samiū:de quo ferūt no
men philoſophie exortum.Naꝫ
cum antea ſapientes appellarent
qui modo quodam laudabil' vi/
te preſtare videbantur:iſte inter
rogatus:qd profiteretur:philo/
ſophum ſe eſſe rñdit.i.ſtudioſuꝫ
vel amatorem ſapientie:quoniā
ſapientem profiteri:arrogantiſſi
mum eſſe videbatur.Ideꝫ Tul.
v.tuſ.q.vbi ait.Nomen ſapiētie
vſqꝫ ad tempus Pictagore prio
enim ipſe reſpondit ſe eſſe philo
ſophum.

¶ Capitulum.ij.De eius origīe
ꝛ peregrinatiōe pro philoſophia
querenda.

E origine ſua ꝛ peregri/
natione pro ſapientia ha
benda ait poli.lib.vij.c.
iiij.di.ꝙ fuit natiōe Samius:ne

gociatoris diuitis filius:cui no/
men Mancus erat. Sed paren
te longe ditior fuit:eo ꝙ negotia
tio patris tanta nequiuit acquire
re:q̄ta filius cōtemnere maluit
q̄ habere. Magnis igitur for/
matus incrementis ſapientie.egi
ptum primo:mox Babiloniam
ad adiſcendum ſyderum motus
originemq; mūdi ſpectandaz ꝓ
fectus:ſummam ſcientiaz conſe
cutus eſt. Inde regreſſus Cretā
⁊ Lacedemoniam:ad cognoſcē
das Minoys ⁊ Ligurgi incly/
R tas ea tempeſtate leges conſcen
dit.⁊c. De hoc Aug. epiſtola.iij.
dicit ꝙ pheraquides Aſſirius cū
diſputaſſet Pictagoram Sami
um:ex diſputationis ſue nouitate
ꝯmotū: athleta fecit philoſophū
¶ Capitulum tertium. De ei⁹ au
ctoritate:⁊ honore.

d E auctoritate v̓o ſua ⁊ fa
moſa opinione ibidē ab
hoc inquit. philoſophoꝝ
genus italicum ⁊ nomē philoſo
phie exortum eſt. Tant⁹ autez ex
titit in ea parte philoſophie q̄ ſpe
culatiua vocat̄:vt ſibi quiſq; phi
loſophantiuz vix potuerit adeq̄ri
S Tantus in cōtinentia:vt ab om
nium animantium temꝑaſſe cre
datur edulio. Tantus in cultu iu
ſtitie: vt populos illius partis
italie que antiquitus magna gre
cia ⁊ poſt mortez nominis ei⁹ au
ctoritas rexit.hec ibi. De ſua quo
q; peregrinatione Hiero.in pro
logo biblie ſcilz epiſtola.xxxv.ait
Sic Pictagoras memphiticos
vates ſcilicet adijt.⁊c. De ſua v̓o
eminentia Tulius.iiij.tuſcu.q.in
pricipio.dicit:ꝙ homines credi
derunt Numaz regez eē Picta
goram ꝓpter eq̄tatez ⁊ ſapientiaz
Eum enim qui excelleret ſapien
tia crediderunt Pictagoricū. de
ei⁹ veneratione ⁊ auctoritate Va
leri⁹ li. viij.c.viij.dicit:ꝙ Picta
gore veneratio:tanta ab auditori
bus fuit:vt que ab eo acceperant
in diſputatiōe ducere nephas pu
tarent. Qui interpellati ad reddē T
dam rationem: Pictagoram di
xiſſe rūdebant. Idez poli.vbi.ſ.
¶ Capitulū.i. De honeſtate vite
eius cum diſcipulis: ⁊ ꝙ eis erāt
omnia comunia: ⁊ de eius indu
ſtria in docendo.

d E honeſtate v̓o vite ſue
cuz diſcipulis:⁊ qualiter
habuerūt oia cōia: Au.
geli⁹ li.viij.c.vij. Nec preterea
dum inquit:ꝙ omnes ſimul qui
a Pictagora in cohortem diſci
plinarum recepti ſunt:quod quiſ
q; pecunie habebat:in medium
diuulgabatur:⁊ tenebat̄ ſocietas V
inſeꝑabilis tanq̄ illud antiquuz
conſortium: quod iure atq; v̓bo
romāo appellabat̄ Cocomichot:
quod eſt nomen grecum:⁊ vide
tur ſonare idē quod cōcordia vl̄
vnitas. De ſapientiali eius indu
ſtria in conſiderando diſcipulos
anteq̄ eos acciꝑet ad diſcipulatuz

⁊ de diſciplinali iformatōe eorū/dem poſtq̄ erant recepti dicitur ibidem pictagoras inquit adoleſcentes qui ſe ad ſe audiendū cōtulerant mores nāſq̄ eoruz conſecturatione quadā de oris ⁊ vultus ingenio: deq̄ totius corporis filo atq̄ habitu erat ſolicit⁹ ſiſcitari. Eum v̄o qui exploratus ab eo ydoneus fieret: recipi in diſciplinam ſtatim iubebat: ⁊ poſt certū
X tempus tacere. Non omnes idē ſed alius aliud tempus ꝑ eſtimato captu ſolertie: is qui tacebat: q̄ dicebantur ab alijs audiebat: neq̄ percūctari: neq̄ conmercari: neq̄ conqueri ſi non intellexerat que audierat fas erat. Sed non minus quidez tacitus q̄ bieniuz Aūt tn̄ Sen̄. epiſtola. lv. ꝙ apud Pictagoram quinq̄ annis erat tacendum diſcipulis. Idez Ambroſius primo de offi. c. iij. dīc: ꝙ quinq̄ annis vſuz loquendi illis ſubtrahebat vel inhibebat. Idez Hiero. ſup illud Eccle. iij. Tem
V pus tacendi: ⁊ tempus loquendi Modeſte igitur ⁊ humiliter cū diſcipulis habitabat: ⁊ eos doctrinaliter ⁊ vtilr̄ inſtruebat.

Capitulum. v. De eius ҫelo et ſollicitudine in emēdando alios.

Qualiter autem ſtudioſe laborauerit ad proficienduz alijs in docendo narrat Trogus pompeius libro. xx. ⁊ idem Poli. lib. vij. c. iiij. vbi dicitur: ꝙ ſapiētia ⁊ legibus inſtructus Crothonior vrbē applicuit omnino reſolutam: ⁊ ſoli⁹ virtutis opera indigentem. Fortune eniz indignantes oderant arma: que aduerſus Locrēſes iſeliciter ſuſpſerūt: mutaſſentq̄ vitā luxuris niſi eis Pictagoras ph̄s obſtitiſ Z
ſet. Laudabat enim v̄tutem q̄tti die: ⁊ vitia luxurie denudabat: et caſus vrbium ꝑditarum enumerabat cauſas. Matronarꝫ v̄o ſe paratā a viris doctrinā: ⁊ puerorum a parentibus frequenter habuit. Docebat nūc has pudicitiā ⁊ obſeq̄a in viros: nūc illos modeſtiam ⁊ litterarꝫ ſtudiū: ⁊ inter hec velut genitricē v̄tutuz frugalitatem omnib⁹ ingerebat. Conſecutuſq̄ diſputationū aſſiduitate eſt: vt matrone auratas veſteſ A
ceteraq̄ dignitatis ornamenta q̄ſi luxurie inſtrumēta deponerēt eaq̄ oīa delata in Iunonis edē ipſi dee conſecrarent: preferētes vera ornamēta matronarꝫ pudicitiā non veſtes. Sequit̄: ꝙ cum trecēti ex iuuenib⁹ ſodalitij iuris ſacro: ſepatam a ceteris ciuib⁹ vitam agerēt: q̄ſi cetū clādeſtie cōiurationis h̄ntes aduerſus pictagorā: ciuitatē in ſe conuerterūt. Que eos cū in vnam domū cōueniſſent cremare voluerūt. In B
quo tumultu ſexaginta fere periere: ceteri in exiliuz ꝑfecti ſunt. ex q̄ pꝫ vt dr̄ ibi: q̄to hō ꝑſtat hominiꝫ: cū vni⁹ ꝑſone auctoritas: iā lapſum ad frugē melioris vite

pplm reuocauit hec ſibi. pz ergo ſua ſtudioſitas ad docendū pplz: ⁊ ppli edocti: ad eū affectuoſitas

℄ Capitulum ſextum. De eius induſtria ad pacificandum alios.

q Uam vo peritus ⁊ induſtrius fuit in ſedando ⁊ trāquillādo animos hominum turbatos: narrat Augu. contra Julianuz recitans verba Tulij di. ꝙ cuz violenti adoleſcētes: mulieris pudice fores frāgerent. precepit pictagoras: vt ſpondeum canerent in ſono. ſ. tibiarū
C Quod cum feciſſent: ille q ſonabat tarditate modorum: ⁊ grauitate cantus: illorum furentē reſſediſſe petulantiam df. Et huic cōcordat quod ait Seneca. iij. de ira Pictagoras inquit perturbationes aī componebat.

℄ Caplm. ſeptimū. Qualiter ad inuenit muſicam.

ſollicitudo eſt. Et querit vlterius
Quid ergo ? Nōne aliquid ſimi K
le perturbationis patiet: Non co
loꝛ eius mutabit:vultus agitabit
artus refrigeſcet : ⁊ quicquid ali

ud non ex imperio animi. ſed in/
conſulto quodã impetu geritur.
Fateor ſed mãebit ſibi ꝑſuaſio ea
dem. Nihil eorum malum eſſe
nec dignum ad quod mens ſana
deficiat. Omnia que faciẽda ſũt.
audacter ⁊ prompte facit. hec ibi
Cui concordat ſnia Stoicorum
de differentia inter animũ ſapiẽ/
tis ⁊ ſtulti. De qua Aug. ix. de ci.
c. iiij. Ubi recitat dictam differen
tiã. ꝙ. ſ. animus ſtulti paſſionibꝰ
cedit: ſapientis do ñ. Et Señ. ibi
L põit exẽpluȝ bonũ dbi. ſ. ꝙ quẽ
admodum in corporibus langui
dis ſigna precurrunt: ſegnities q̃
dã inhermis: ſine vllo labore laſ/
ſitudo: oſſitatio: ⁊ terror mẽbra ꝑ
currens. Sic infirmus animus:
multo anteq̃ opprimatur malis
quatit: preſumit illa: ⁊ ante tꝑus
cadit. Non ſic animus ſapientis
Et de hoc ibi bene.

¶ Capl'm ſextũ. De eorũ cõuer
ſatione ⁊ geſtus maturitate.

De matura grauitate phi
loſophorum in exteriori
geſtu: pȝ ex dicꝭ. Socra
tes enim in eodem rigore vultus
ſe habuit vt dictum eſt. Plato/
nem commotum non vidit diſci
pulus ab eo nutritus. Homie eiȝ
pacato: ⁊ moderato a perturba/
M tione dictaruȝ paſſionũ: ⁊ mode
ratur geſtus exterior ⁊ maturat.
Species enim corporis eſt ſimu
lacrum mentis: figuraq̃ ꝓbitaꝭ
Sicut ait Ambroſius. iij. de vir
ginitate loquens de beata vigine
Sicut enim vera philoſophia q̃
eſt expultrix vitiorum: ⁊ magi/
ſtra morum: vt habitum eſt ſuꝑ
modificat hominez interiorem:
ſic veneranda maturitate ⁊ gra/
uitate maturat exteriorem. Et eiȝ
dicit Poli. li. vij. c. xij. Hec phĩa
ꝑcipit obſeruari: vt quiſq̃ in om
nibus fugiat notam: indicens ac
tioni rectitudinem: ne ſit reprehẽ
ſibilis: ſermoni cautellam: ne ſit
cõtemptibilis habitui modeſtiã N
ne ſit notabilis. Ubi ⁊ arguit põ/
patice: ⁊ curioſe: ac ſuꝑflue ſe or/
nantes cultioribus veſtimentis: ⁊
ad ſpeculum ſe ornantes: recitãs
dictum Flauiani. Quid viro cuȝ
ſpeculo: niſi in eo caſu: quo illud
Platonem geſtaſſe teſtis ẽ Fla/
uianus: vt videret in eo q̃tuȝ in
ſe peregrinatio: ſtudij feruor: acu
men temporis: proceſſus etatis:
de naturali ſtatu mutaſſet faciei
mũditio: que et bona ⁊ mala fi/
deliſſime proteſtatur: hoc idem
egit: vt ſeruaret ⁊ reuelaret natu/
ram: ne labore ⁊ dieta inſueta cor
rumperetur. hec ibi. Ideo meri/
to diſcipuli ex conuictu ⁊ conuer
ſatione cum philoſophis profece
runt: vt dictum eſt. ſ. Et eniȝ di.
Señ. epl'a. vj. Plus traxit turba
ſapientum ex moribus Socratis
q̃ ex verbis.

¶ Capl'm. ſeptimũ. De eoruȝ ſe/
dula ſtudioſitate.

Eſedula ḋo philoſopho
rũ ſtudioſitate: ⁊ inceſſa
bili: ac infatigabili eoꝝ
ſollicitudine: patet ſimiliter ex di
ctis. de qua Valeriſu libro. viij.
c. vij. dicit. ponens exẽpla ð mul
tis. Sicut ð Demoſtene pictago
ra: Platone: Democrito: Car/
nayde: De quibus dictum eſt. s̄.
Ei de Anaxagora: qui ſtudio ma
gno dr̃ flagraſſe. Qui cuꝫ ex diu
tina peregrinatione patriam re/
petiſſet: poſſeſſiões eſq; deſertas vi
diſſet: non eſſem inquit ego ſalu⁹
niſi iſta periſſẽt: Quod dixit pre
amore ſtudij. Ibidem etiam exẽ
plificat de ſtudio Archimedis.
captis enim Syracuſis Metel
lus machinationibus illius phi/
loſophi diu ac multum victoriaꝫ
ſuam inhibitam ſenſerat: extre/
ma tamen hominis prudẽtia de
lectatus edixit: vt capiti illius par
cerẽt: tantum glorie in Archime
de ſeruato q̃ꝫtum in oppſſis Sy
racuſis reponens. At his dũ ocu
lis ⁊ aio in terraꝫ difixis: formas
deſcribit: militi: q predandi gra/
tia domum irruperat: ſtrictoq;
ſuper caput gladio qs nam eẽt q̄
renti propter nimiam cupiditatẽ
inueſtigandi veri qð querebat:
nomen ſuũ indicare non potuit.
Sed protracto manibus pulue/
re: noli inquit obſecro iſtuꝫ. ſ. cir/
Q culum deturpare. Et demũ qua/
ſi negligens imperij lictoris: ob/
truncat⁹: ſanguine ſuo: artis ſue
liniamenta confudit. Quo acci/
dit: vt propter idem ſtudiũ mo/
do vite donarẽt: modo priuarẽt.
hec ibi. Ibidẽ exẽplificat de So
crate q nonageſimũ q̃rtuꝫ annũ
agens librum nobiliſſimũ com/
poſuit. Ex quo apparet etiam ſe/
neſcentibus membris: quali ſtu/
dio: vite ſue terminuꝫ clauſit. Et
de Cleante: qui octuageſimũ no/ R
num agens annum exactiſſime
ſubtilitatis volumen edidit. Et ð
eodem. Ipſum enim adoleſcen/
tem queſtuꝫ extrahentẽ: eoq; ne
ceſſario tempore per inopiam ſu
ſtentantem diurno Criſippi pre/
ceptis vacantem: eundem agen/
tem centeſimum annum attenta
cura auditores ſuos erudienteꝫ
Multum ergo fuit feruidus ad
audiendum ⁊ docendum. Et ibi
dem exemplificat de Sophocle
q poſtq̃ꝫ centeſimũ annũ ageret
compoſuit illam nobiliſſimaꝫ fa/
bulam: qua omnium poetarum
preripere gloriam potuit. Simil̃r S
de Symonide poeta: qui octua/
geſimo anno ⁊ docuiſſe carmina
⁊ in eorum deſcendiſſe certamia
gloriaẽ. Et ibidem de Solone: ð
quo dictum eſt. s̄. Patet ergo fer
uor ſtudij philoſophorum: tam
in veritatem inquirendo: tam in
alios docẽdo: q̃ꝫ in volumia cõ/
ponendo. Unde de eorum ſtudio
Hiero. epl̃a. xxxiiij. Dicit q The T
miſtocles cum expletis centũſe/
ptem annis morerẽt: dixiſſe ſert:

ſe dolere: ꝙ tunc egrederet̃ ď vi-
ta q̃n ſapere cepiſſet. Ibidē dicit
ꝙ Plato nonageſimo anno ſcri
bens mortuus eſt. Ibidē: ꝙ So
crates nonagintanoueʒ anos in
docendi ſcribendiq; dolore labo
req; compleuit. Ibidem: ꝙ So
phocles cum propter nimiā ſene
ctutem & rei familiaris negligen
tiam a filijs argueret̃: edidiſſe ſe
fabulam quam nuper ſcripſit re-
citauit iudicibus. & tantum ſpe-
ctamen in etate iam fracta dedit
vt ſeueritatem tribunalium in fa
uorem conuerteret. Ibidē ꝙ Ca
to cenſorinus diſertiſſimus & ſe-
V nex grecas literas diſcere nō eru
buit nec deſperauit. Ibidem: ꝙ
Homer⁹ refert: ꝙ ď lingua Ne
ſtoris iaʒ vetuli: & pene decrepiti
dulcior melle oratio fluxit. Et de
quibuſdam horum: & eorum ſtu
dijs. Tul⁹. ď ſenectute. c. ſcd̃o.
ſ. de Socrate: de Sophocle: de
Solone. De quo dicit. Soloneʒ
gloriantē vidimus: q quottidie
aliquid adiſcentem dixit ſe ſeneʒ
fieri. Vbi. & Tul. de ſe. Quid ego
inquit feci: qui grecas litteras ſe-
nex didici: quibus ſic auidus q̄ſi
diuturnam ſitim repellere cupiēs
De ſtudio Platōis Vale. vbi. ſ.
dicit: ꝙ altero & nonageſimo an
no decedēs: ſub capite Sophro-
niſmos habuiſſe fert̃. Sic nec ex
trema quidem eius hora a cogi-
tatiōe ſtudioſa vacua fuit. De ſtu
dijs quoq; philoſophorum Hu
go primo didaſcolis vbi multos X
enumerat. Vbi & ait: ꝙ dialetica
inuenta eſt a Parmenide: q ciui
tates & cetus hominum fugiens:
in rupe conſedit: ſicq; dyaleticaʒ
excogitauit: & rupis Parmeni-
dis dicta ē. Et ibi ď ſtudio Pla
tonis & aliorum philoſophorum
& inuentorum ſingularum artiū
bene. ¶ Item ſtudioſi fuerunt
philoſophi diligenti cura in ſuis
tractatibus quos compilabant:
ne quid vitioſum vel diminutuʒ
aut ſuperfluum inueniret̃ in ſuis
opuſculis: & vt diu opuſcula dura
rent in ſua auctoritate: vñ dictuʒ
eſt. ſ. de Virgilio: ꝙ more vrſi ſe
tum ſuum lambētis & ſic quaſi ef
figiantis dicta ſua ruminabat: re
tractabat: & formabat ad plenuʒ r
& Val. li. ij. c. vij. de Euripede rñ
dēte Alchipiadi poete: apud quē
cum quereret̃ ꝙ triduo nō vltra
tres verſus: maximo labore im-
pēſo predicere potuiſſet: atq; is ſe
centum perfacile ſcripſiſſe gloria
ret̃. Sed hoc inquit ille intereſt:
ꝙ tui in triduū tm̄modo: mei vo
in omne tempus ſufficiunt. Sic
q; factum eſt. Exemplū huius i
beato Aug. q & ſcripta ſua ſtudio
ſiſſime compoſuit. & humiliter ac
diligenter ꝙ retractanduʒ fuerat
retractauit. Et Au. gelius li. xviij.
de Virgilio dicit: ꝙ cum morbo
oppreſſus: morteʒ aduentaſſe vi-
deret: orauit petijtq; a ſuis amici
ſimis: vt eneada que nundum

limaſſet aboleret. In his aūt in/
quit que vident retractari: ⁊ corri
Z gi debet: ⁊ i his erat maxime lo
cus vbi loquit de monte Ethna
¶ Et non ſolum erant ſtudioſi
phi in predictis. ſed etiam in co/
gnitione ſuipſorum: ⁊ diſcuſſiōe
factorum ⁊ dictorum: vt dictū eſt
ſ. de Pictagoreis. quorum mos
erat: veſperi qd quo die dixerint
egerintqȝ cōmemorari: prout di
cit Tuli⁹. de ſenectute. Et de hoc
Señ. bene. iij de ira ante fi. di. ꝙ
animus quotidie ad rōnem red
dendam euocādus eſt. Faciebat
hoc Sixti⁹: vt conſumato die: cū
ſe ad nocturnam quietē recepiſ/
ſet: interrogabat animū ſuū. Qd
hodie malū tuū curaſti? Cui vi
tio obſtitiſti? Qua pte melior es?
A deſinet ira. ⁊ moderatior erit: q̄
ſciet quotidie: ſibi ad iudicem eē
veniendum. Quid pulchri⁹ hac
conſuetudine excutiendi totū diē
Qualis ille ſomn⁹ poſt recogni/
tionē ſui. Sequit. Quā tranquil/
lus: ꝙ altus: ꝙ liber. Et p⁹ Utor
inquit Señ. hac poteſtate: ⁊ quot
tidie apud me cām duco: cū ſub
latum eſt conſpectui lumen con/
ticuit vxor: moris mei conſcia: to
tum diē ſcrutor: facta dictaqȝ re
memoror: nihil mihi abſcondo:
nihil pertranſeo. Quare quicꝙ
B ex erroribus meis timeā: cū poſ
ſim dicere: vide ne id amplius fa
cias: imo tibi ignoſco: h ibi. Bo/
num ergo eſt ſtudium ⁊ ſalubre:
ſic dicta ⁊ facta diſcutere. Unde ⁊
phia eſt ſuipſius ab homine co/
gnitio. ait Iſai. de difficilibus. ⁊
Alpharabius ibidem.

¶ Capl'm. octauū. De ſermonū moderatione.

d E perfectione pħorū
in ſermonū ⁊ verborū
moderatione ſatis pꝫ ex
dictis. Philoſophus enim non
minus tacendo ꝙ loquendo ꝓ/
batur. vt dictum eſt. ſ. Philoſo
phia enim cōfert philoſopho: vt C
ſciat fabulari cū omni homie. ait
Ariſtipp⁹ loquens de ſe: ꝓut dr
li. de deo Socratis.

¶ Capitulum nonū. De diſcretione philoſophica in conuiuijs humanis: ⁊ an philoſophi debeant intereſſe. conuiuijs ſine phia ⁊ de lingue cohibitione.

Ualiter autē phia docet
loqui in ſermonibus co
munibus: conſiderando
tempus loquendi: ⁊ perſonas in
ter quas loquendum: ⁊ ſermo/
nes proferendos eleganter inue/
ſtigat primo Saturnal. c. i. Et p⁹
Ubi inquirit: an philoſophia de/
beat intereſſe ꝯuiuantibus ⁊ con
uiuijs. Et arguit ibi ꝙ nō: q: ipſa
eſt tanꝙ cenſoria quedā: ⁊ vt ve
reconda materfamilias ſuis pe/
netralibus continet: ne miſceat ſe
libero. ſ. deo vini ſiue vino. Cui
tumultus familiares ſunt: cū etiā D
ipſa huiuſmodi verecundie ſit.
vt ſtrepitum non modo verborū
ſed nec

ſed nec cogitationū in ſacrarium ſue quietis admittat. ¶ Sed in 2riū arguit ꝯſequenter: ꝙ ſi ſic eſſʒ etiā choros aliaꝝ matronaꝝ ſcʒ ſobrietatis: modeſtie: ⁊ pietatꝭ a conuiuijs exularet. Item abſit ingt a phia ꝗ i ſcolis ſuis tractat de officijs conuiualibus: ipſa cō uiuia reformidet: tāꝗ non poſſit reb⁹ oñdere qđ v̄bis ſolet doceꝛ. his dictis: ſpecificat qualr̄ loqui decet in ꝯuiuio. Preterea inquit eam ſcio obſeruaturā: vt ſecum eſtimet pn̄tium ingenia ꝯuiuaꝝ ⁊ ſi plures pitos: vl' ſaltē ſui ama toris in cōuiuij ſocietate reperit: ſermonē de ſe patieꝛ agitari. Cuʒ v̄o plures ab inſtitutione diſcipli ne alieni ſunt: diſſimulationē ſui ſentiet: ⁊ patietur loq̄citatē maio ri pti amicitiorē ſonare: ne nobi litas ſcilʒ peritoꝝ a plebe tumul tuoſiore turbeꝛ: vbi ponit exēplū ꝙ ſicut pauce mute littere diſp ſe ſunt inter multas vocales: que i ſocietatē vocis facile māſueſcūt: ita rariores imperiti gaudentes conſortio peritoꝝ: aut cō ſonāt ſi cut poſſunt: aut taliū reꝝ capiunꝛ auditu. Sequitur. Prima ergo eſtimatio erit: obſeruare ꝯuiuas: deinde vbi locū ſibi patere vide rit: non de ipſis pfunditatis ſue ſecretis inter pocula loqueꝛ: nec nodoſas ⁊ anxias: ſed vtiles faci leſqꝫ q̄ōnes mouebit. Et ibi. Si non erūt mutua cōuiuia. cur ibi ſermo nō pmittiꝛ q honeſt⁹ phi betūr: maxime cū nō minus ꝗ dulcedo vini ilarent verba con uiuia. Nihil ingt tam cognatum phie ꝗ locis: ⁊ tempoꝛib⁹ apta re ſermones: pſonaꝝ que ibi ade runt eſtimatiōe notata. Alios. n. incitant: relata virtutū exempla: alios beneficioꝝ: nōnullos mo deſtie. vt qui aliter agebant: ſepe auditis talibus ad emendationē venirent. Si autē vitijs irretitos ꝯuiuijſ intereſſe ꝯtigerit: loquēdi oꝛdo fiet. phia eniʒ etiam nō ſen tientem ſic aliqñ reprehendit: vt reprehenſus ilaretur. hec ibi. Iō dicit ibi ꝙ cōuiuiū Agathōis q habuerit ſocraticos ⁊ phedros: nullū verbū niſi phicū habuerit Alchiqui ⁊ Quidonis q: habue rit Serpopam ⁊ poliphenū cy thara ſonantes: non habuit talia verba. Qualr̄ aūt loquēdū: ⁊ q̄ ⁊ a quibus interroganda: ibi elegā ter proſequiꝛ. Ibi eniʒ quis debʒ interrogare reſponſioni facilia: ⁊ que ſcit alium didiciſſe. Gaudet enim quilibet: cū pu ocaꝛ ad ſuaʒ doctrinam. Debet enim interro gari a militib⁹ de factis militari bus ⁊ foꝛtib⁹: a religioſis de ceri monijs ſuis: a peregrinis ð itine rationib⁹: a ſenib⁹ de eis ꝗ ad il los ſpectant. Huic enim etati eſt loq̄citas familiarioꝛ. Et ſic de ali is prout ibi proſequiꝛ. Cui cōcoꝛ dat Poli. li. viij. c. ix. di. ꝙ phia que eſt vnicū deoꝝ mun⁹: ⁊ diſci plina diſciplinaꝝ honoꝛanda eſt

antilogo. Cuiuſte q̄s eſt: ⁊ ſacris
K literis conſentaneū: aut omnino
ſilere in menſa vt audias ad pfe
ctū: aut vnde proficiant alij: vel
ſine culpa letenr: doctum pferre
ſermonē. Sūt enim nimis triſtia
⁊ fere ciuilitatis ignarra: vbi cir
ca voluptatem ſolus vēter imple
tur: aut vbi clamore áſerino: ⁊ in
eptis fabulis cōuiuia pſtrepunt.
Hec ille. Sic.n. loq docet phia: q
ſermones pcogitat ⁊ examinat
prius in pectore q̄ pferat ore. ait
Au. gelius li. viij. Qui inqt ſunt
leues faciles ⁊ importuni locuto
res: nullax rerū pondere innixi:
⁊ verbis humidis ⁊ lixantib' de
fluunt: cox orationē bn̄ eſtimatū
L eſt in ore naſci nō in pectore: lin
guam aūt non debere liberā eſſe
nec vagam aiunt ſapientes. ſed
inuectam de pectore imo de cor
de moueri: ⁊ q̄ſi gubernari ha
benis. Ulixem enim vix ſapien
tem facundia preditū: vocē emit
tere non ex ore: ſed ex pectore. ſ.
q non tam ad ſenſum habitūq̄
vocis: q̄ ad ſcientiax penit' con
temptax altitudinē pertineret ſci
licet aiūt. Petulantieq̄ v̄borū
M cohibentē volūt eē oppoſitū den
tium: ⁊ loquendi temeritas: non
tantum cordis cuſtodia ⁊ vigilia
cohiberetur: ſed ⁊ quibuſdā qua
ſi excubijs i ore poſitis ſopiatur.
Et ibi bene de multox inſolentia
ſdiſciplinata in loquendo vbi re
citat verba Tulij. q tam furioſū
q̄ vel verborū ſonitus in vanis
nulla ſubiecta ſententia vel ſcien
tia. Et idē. Muč q̄ tacet: quē mor
bus loquendi tenet. Et Sciodus
ait: linguam non vulgandam ſ
retondendam eſſe: proinde ⁊ ei'
theſaurū eſſe in promerēdo gra
tiam optimā: ſed modeſta pauca
⁊ modulata ſint. Item inde ſum N
ptum eſt. Qui cū loqui non poſ
ſet ſcilicet ſciendo: tacere non po
tuit. Ueteres enim hoīes in v̄ba
blarctiores. i. loq̄ces dixerunt. ſ.
ſapientes. Et ibi bn̄. Cui ꝯcordat
ſcriptura ſacra Eccle. xx. Sapiēs
in verbis prodit ſeipſum. Et. xxi.
verba prudentum: ſtatera pōde
rabuntur: in ore fatuox cor illo
rum: ⁊ in corde ſapientū os eo
rū. Jō ſapientes faciunt ſe ama
biles: ſtulti odibiles in verbis ſu
is: Ecc. xx. Sapiens in verbis ſe
amabilem facit. Et ibi. Odibilis
eſt qui procax eſt ad loquendū.
¶ Capl'm. x. de phica curialitate
Ex dictis pꝫ: vrbana phi
e loſophorum curialitas.
Nec mix. phia. n. eſt to O
tius vrbanitatis: ⁊ omniū agen
dox magiſtra. Cuius eſt: cox q̄
in cōuiuijs ſunt exercēda officia
diſpenſare. ait Poli. vbi. ſ. vnde
⁊ ſapientes: de ꝯuiuijs in qb' cu
rialitas exigit ordinarūt: put ait
Au. geli' li. xv. recitans v̄ba Ua
ronis: qui diſeruit de apto nume
rō conuiuax. Qui ⁊ ait: ꝯuiuarū
numerū incipere oportere a gra

clarum numero: ⁊ pgredi ad nu
merum muſaꝝ idest proficiſci a
tribus ⁊ cōſiſtere in nouē: ne ſint
pauciores q̄ tres nec plures q̄
nouē. Non. n. conuenit eē mltos
P eo φ turba plerūq; eſt turbulēta
Et Rome quidem cōſtat ⁊ etiam
Athenis: nunq̄ plures cubant.
Deinde ipm cōuiuiū conſtat ex
quattuor. ſ. Sibeli. i. pulchri ho/
munculi collecti: ſi loc⁹ lat⁹: ſi tps
vernū: ſi apparatus nō neglect⁹
Sequit. Loq̄ces conuiuas nec
Q mutos legere oportet: q: eloquē/
tia in foro: ⁊ apd ſubſellia: ſilētiū
do nō in conuiuio. ſed in cubicu
lo. Sermones aūt illi⁹ temporis
ſunt habendi nō de reb⁹ anxijs:
non tortuoſis: ſed ex quibus in
genium venuſti⁹ fiat: ⁊ ameni⁹
⁊ cū quadā voluptate vtiles. hec
ibi. Urbane ergo ⁊ curialr ſe in/
ſtituerūt philoſophi. vnde mltuȝ
deteſtabant incurialitatē: vt patet
in illo philoſopho: de quo Inno
centi⁹ li. de miſeria hois dicit: φ
cū qdam phs in vili habitu non
poſſet ingredi palatium pncipis
mutuauit habitū pulchrū: ⁊ ſtatī
admiſſus eſt. Et pcedēs an pnci
pem: cepit oſculari paliū ſuū ve/
R nerabiliter. Qd cū princeps mi
raret: rndit. Honorantē me ho/
noro. Qd. n. virt⁹ non potuit: ve
ſtis obtinuit. O: vanitas vanita
tum: plus defertur veſtib⁹ q̄ vir
tutibus: plus veſtimento q̄ ho/
neſtati. hec ibi. Quia. n. phi vir/
tutes penſabāt ⁊ honeſtatem: iō
curialitate erant vrbani in oib⁹.

¶ Capitlm vndecimū. De eorū p
fectione in virtutibus politicis.

De perfectione aūt phoꝝ
i vtutib⁹ politicis: mani/
feſtū eſt ex pdictis. Ipſi
enim magiſtri fuerūt vtutū ſm
Tuliū: vt dictum eſt. ſ. Fuerunt
prudentes in reb⁹ diſtinguendis
Hec eſt enim philoſophia ſcilicȝ
diſtinguere bōa a malis: put ait
Sen. epla. lxxviij. Itē fuerūt pru
dētes i reb⁹ extimādis ⁊ pēſādis
q: vt ait ſen. epla. lxix. Nemo eo S
rū quos diuitie honoreſq; in al/
tiori faſtigio ponūt magnus eſt.
Quare ergo magn⁹ videt: Cum
baſi ſua illū metiris: magn⁹ po/
milio licet in monte conſtiterit.
Coloſus magnitudinē ſeruabit:
etiam ſi ſteterit in puteo. Hoc la
boramus errore: φ neminē eſti/
mam⁹ ex equo. Cuȝ volueris eſti
mationē hominis inire: ⁊ ſcire q̄
lis ſit: nudū reſpice: pōat primo
niuȝ: honores ⁊ alia fortune mē
dacia. Corpus ſuum exuat: ⁊ ani
mum intuere qualis ſit q̄tuſq;.
Alieno an ſuo magn⁹. ⁊c. Et ibi T
Tunc eſt bon⁹ hō. ſ. ſi rō expli/
cata ē ⁊ recta: ⁊ ad nature ſue vo
luntatem acomodata. hec vocat
virt⁹: hoc honeſtū ⁊ vnicuȝ bo/
nū. hec ibi. Sed ſolus ſapiēs ſcit
res eſtimare mō dicto. vnde ait
Sen. epla. lxxxix. vir. ſapiēti no/
tum eſt: quāti res q̄ taxanda ſit.

¶ Item ꝙ prudẽtes fuerunt in
conſilijs dandis patet ex dictis.
Prudentis.n.eſt bñ ꝯſiliari: et
prudẽs eſt cõſiliatiu⁹ ait Sapiẽs
phs ethi.vi. Et de his in comu-
niloquio. ¶ Item ꝙ prudentes
fuerunt in regendis populis: ſilr
patet ex dictis: Sicut in Themi
ſtocle: q rñdit: ſe ſcire de republi
ca pua: magnã facere. Et de hoc
V ſimiliter i cõtiloquio. ¶ De tem
perantia vo phoꝝ ſatis etiam pꝫ
ex ſupradictis. Cum enim ipſa
ſit: rõnis aduerſus libidines: at-
qꝫ alios nõ rectos impet⁹ animi
forma: ⁊ moderata dñatio. prout
dicit Tul. prima rhetorica lib. ij:
planũ eſt: qualr eam habuerunt
ex vitis eoꝝ ⁊ dictis: prout habe
ri poteſt abſqꝫ gratia gratum fa
ciente. ¶ De iuſtitia vo eoꝝ que
eſt habitus animi ꝓ cõi vtilitate
ſeruata: ſuã vnicuiqꝫ tribuens di
gnitatem: ꝓut dicit Tul. prima
rethorica vbi.ſ. ſatis lucidũ eſt
conſideranti predicta. ¶ De for
titudine quoqꝫ eoꝝ ſatis liquet
ex dictis. Cum eniꝫ fortitudo ſit
conſiderata periculoruꝫ ſuceptio
⁊ laboruꝫ firma perpeſſio: prout
dicit Tul. vbi.ſ. ſatis patet ꝙ vir
X tuoſe ſe habuerũt in vtroqꝫ. Fue
runt enim fortes in agendis. qđ
patet in eoꝝ ſtudijs: ⁊ ſuſtinẽdis
periculis: de quib⁹.ſ. Similr ꝙ
fortes fuerunt in ſuſtinendis cõ
tumelijs verboꝝ apparet ex ante
dictis. vnde ⁊ de Ariſtide narrat
Sen. ad Helbiã. Ducebat̃ inqt
athenis ad ſuppliciũ Ariſtides:
Cui cũ quiſqꝫ occurreret: deijcie
bat oculos ⁊ ingemiſcebat: ꝙ nõ
tanqꝫ in hoiem iuſtũ: ſed tanqꝫ
in ipſam iuſtitiam animaduerte
retur. Inuent⁹ eſt tamẽ qui in fa
ciez ei⁹ ſpueret. Poterat ob hoc y
moleſte ferre: ꝙ ſciebat neminez
id auſuꝝ puriorꝝ. At ille abſterſit
faciem: ⁊ ſubridens comitanti ſi
bi magiſtratui ait. Admone iſtũ:
ne poſtea tã improbe oſcitet. hoc
fuit: contumeliam ipſi contume-
lie facere. hec ibi.

¶ Capitulum duodecimuꝫ. De
eorum patientia in exilij relega-
tione.

ITem ꝙ fortes fuerũt in
exilijs: ⁊ peregrinationi
bus ait Tul. v. tul. q. ante
fi. In peregrinatione inquit no-
biliſſimi phi etates ſuas cõſum-
pſerunt: Xenocrates: Cato: Ari-
ſtoteles: Theophraſtus: Canay-
des: ⁊ alij innumerabiles: q ſo-
luꝫ egreſſi: nũqꝫ domũ redierũt.
Ad omnem rõnem theatri vox
acomodari poteſt. pria eſt vbicũ Z
qꝫ bene eſt. vnde Socrates re-
ſpondit: ſe eſſe mundanũ. i. toti⁹
mũdi ciuem ⁊ incolam. Et Fa-
bricius animo equiſſimo Athe-
nis exul: phatus eſt. Cui tñ illud
tps non accidiſſet: ſi legib⁹ Epi-
curi paruiſſet. Similiter Demo-
critus fugit tyrannum. ⁊ Corin-
thũ fortunas ſuas mutauit: filioſ

procreauit. Non enim ſtulte an/
tepoſuit exilij libertatē domeſtice
ſeruituti. Et ibi bn̄ d̓ talib⁹. Deffe
rebant enim ſecū bona ſua ſcilꝫ
virtutes: idō nullū eis exiliuꝫ erat
A graue. vnde Sen̄. ad Helbiam
humile tuguriū virtutes recepit
Ideo omnibus templis formo/
ſius erat: cum illic iuſtitia conſpe
cta erat: continentia: pietas: pru
dentia: ⁊ ſic de alijs. Nullus an/
guſtus locus: q harum virtutuꝫ
magnam turbam capit. Nulluꝫ
graue exilium in quolibet cū tali
comitatu ire. Brut⁹ ait: ſe Mar
cellum vidiſſe Mitilenis exulā/
tem: ⁊ ꝙtū natura hominis pa/
teretur beatiſſime viuentem: nec
vnꝙ cupidiorem bonarū artiuꝫ
ꝙ eo tp̄e: ⁊ adiecit viſum ſibi: ſe
magis in exiliū ire q̄ ſine illo red
iturus eſſet: ꝙ illū in exiliuꝫ re/
B linqui. Senatuſqꝫ ꝑ eo rogauit
ne exules eſſent ſi ſine illo eſſent
Patria enim carere nō eſt ma
lum: qꝛ forti animo omnis loc⁹
patria. Et ibi bene de hoc.

¶ Capitulum. xiij. De eoruꝫ pa
tientia in iniuriarum ꝑpeſſione.

Similiter ꝙ fortes fue//
runt in ſuſtinendis iniu
rijs corporuꝫ ⁊ tormētis
ſatis dictum eſt. vn̄ Tuli. vbi. ſ.
de eorum patientia in tolerantia
penarū corporaliū: vt cecitatis ⁊
hmōi: ait: ꝙ Diodolus ſtoycus
cecus multos annos vixit. cū in
philoſophia multo magis ꝙ an
tea verſaret. Cui cū libri per no/
ctes ⁊ dies legerentur geometrie
munus tuebat verbis p̄cipiēs
diſcentibus vnde quālibet lineaꝫ
C ſcriberent. Ibidē. Aſclipiadē fe/
runt non ignobileꝫ ph̄m r̄ndiſſe
querenti: q̄d ſibi attuliſſꝫ cecitas
vt puero inquit vno eſſeꝫ comita
tior. Ibidē de Democrito ꝑuato
luminib⁹. de quo. ſ. Et de conſi/
milibus ibi bene. Et ibi ꝙ patiē
ter ſuſtinebant philoſophi mor/
tem Theodorus eim Liſimaco
mortem minanti: magnū inquit
effeciſti: ſi Catharidis vim aſſe/
cut⁹ es. Qd̓ ait deridēdo de mor
tē patiēter ſuſtinētib⁹: vt. ſ. dictū
eſt. ꝙ ꝓuide v̇o ⁊ ꝙ animoſe q̄
ſi ſemꝑ pati ad agēdū ⁊ ſuſtinen/
dū vtebant virtutib⁹: ait Seneca
epiſtola. lxij. ponēs exempluꝫ de
Sixtio: de quo. ſ. Sixtiuꝫ inquit
lege virū acrem v̇bis grecis ro/
manis morib⁹ ph̄anteꝫ. Monet
ymago ab eo poſita: vt quadra/
to agmie exercitū vbi hoſtis ab
oī parte ſuſpectus eſt pugne pa/
ratuꝫ inuenire ſcilicet ducē. Idē
D inq̄t ſapiens facere debet: vt oēs
virtutes ſuas vndiqꝫ expandat:
vt vbi infeſti aliquid orie̅t: illic
parata p̄ſidia ſint: ⁊ ad nutum
regētis ſine tumultu reſpondeāt.
Et hoc nob̄ magis neccīuꝫ: vt ibi
qꝛ illi ſepe timuere: ſine cā: tutiſſi
mūqꝫ iter illis fuit qd̓ ſepe ſuſpe/
ctiſſimū erat. Sapiens auteꝫ ad
dictum in curſum munit⁹ inten/

tus eſt: ⁊ literitus ꝯ pericula: ⁊ in-
ter ipſa. Ob virtutū ergo eminen
tiam: ⁊ vtendi induſtriam fortes
fuerunt in predictis ait Au. geli⁹
li. xv. vtens verbis Pauerij phi
loſophi. Oportet homines inqt
E eſſe prompto aīo ad cauenda pe
ricula ad modum athletaruꝫ: vt
illi ꝓiectis alte brachijs ꝯſulunt:
caput ⁊ os manib⁹ appoſitis q̄ſi
vallo ꝓmunt: ⁊ membra omnia
vel ad vitandos ictus vel facien
dos ſcilicet ordinant. Ita prudē
tis animus erectus debet eſſe ar
duis ſeptus ſolide: nunc̄ aciem
ſuam flectens: conſilia cogitatio
nes ꝯ fortune verba ꝯtraq̄ iniq̊
rum inſidias quaſi manus ⁊ bra
chia pretendens. hec ibi. Et ideꝫ
libro. xiiij. dicit: ꝙ fortitudo eſt ꝓ
bata: vt dicūt maiores ſcientia re
rum tolerandarū. ⁊ non toleran
darum non excedens moduꝫ ꝑ
īmoderatam audatiam: nec defi
ciens per pene inſenſibilitatem.
vbi exemplificat de quodā: cui⁹
cum vulnera a medicis ſecaban
F tur: ridere ſolitus erat. In predi
ctis autem perfectionib⁹ que enu
merate ſunt: vt patet conſiderāti
hōeſtas vite: ⁊ veritas dūmodo
ſint diuina gratia ⁊ recta intentio
ne ordinate conſiſtunt.

¶ Capitulum. xiiij. De variatio
nis vel otij debito vſu.

N On ſolum aūt fuit perfe
ctio philoſophica in ꝑdi
ctis cōtēnendo mundia
lia. operando virtuoſa ſuſtinen-
do terribilia: ⁊ ſic de alijs: ſed fuit
eorū perfectio ociando virtuoſa
ocioſitate: ⁊ vacando vtili vaca-
tiōe. Quia vt ait Vale. libro. viij.
ociū qd̄ induſtrie ⁊ ſtudio videt
contrariuꝫ: precipue ſubuerti dꝫ
non quo euaneſcit virtus ſꝫ quo
recreatur. Alterum enim inherti
bus vitandū: alterum ſtrenuis q̄
ꝙ interduꝫ appetendū: illis ne
ꝓpriam vitam eneruem exigant:
his: vt tempeſtiua laboris remiſ
ſione ad laborandū vegetiores
fiant. vbi exemplificat de Scipio
ne ⁊ Lelio qui actuoſe vite iter G
exequebantur: ⁊ tamen animi re
miſſioni comuniter acquieſcebāt
ſcilicet virtuoſe ociando. Unde ⁊
vagas vndas leguntur in littori
bus lectitaſſe quaſi ludendo cuꝫ
talibus. Et de Sceuola q̄ pila lu
ſiſſe dicitur: ⁊ alee: ⁊ calculis iter-
dum vacaſſe: cū bene ⁊ diu iura
ciuium: ⁊ deorum cerimonias or
dinaſſet. vt enim in rebus ſerijs
Sceuolam: ita in ſcenis luſibus
hominem agebat. Quem reruꝫ H
natura patienteꝫ cōtinui laboris
eſſe non ſinit. Et ibi de Socrate
cui nulla pars ſapientie obſcura
fuit: qui tamen non erubuit: cuꝫ
interpoſita harūdine crurib⁹: cū
paruulis filiolis ludens a Xanti
pe riſus eſt. Sic philoſophi vaca
bant: ⁊ talib⁹ ſe ſolatijs recreabāt
vt ad opera virtuoſa vegetiores
eſſent: vt dictū eſt. Unde Sene.

de beata vita ante fi. ait Ociū phi
loſophoꝛuȝ: maius fuit ꝙ̄ laboꝛ
multoꝛuȝ. Et exemplificat di. ꝙ
tria ſunt genera vite. vnum volu
ptati vacat: alterū contemplatiōi
I terciū actiōi. Et ibi bene de hoc
Natura inquit me vtrūqꝫ facere
iubet: ⁊ agere: ⁊ ꝯtemplationi va
care. Cui concordat Aug. de ve
ra religione. c. v. di. ꝙ duplex eſt
ociū. ſ. deſidie ⁊ virtutis. Et Hie
ro. ꝯ̄ Iouin. Sapiens nuſq̄ꝫ ſo
lus eſſe poteſt. habet ſecū omnes
qui ſunt ⁊ fuerunt boni: ⁊ animū
liberū: ⁊ quocūqꝫ vult transfert:
⁊ quod coꝛpoꝛe non poteſt: cogi
tatione cōplectitur: ⁊ vbi homi
num inopia fuerit: loquitur cum
deo. Et nuſq̄ꝫ ſolus erit. Ideo di
K cit Ambꝛo. iij. de offi. poſt princi
piuȝ: vbi ait: ꝙ Scipio nō ſciuit
ſolus eſſe: cum ſolus eſſet. Imo
Moyſes cum taceret clamabat
cum ocioſus ſtaret pꝛecabat. Vn̄
in ſilentio loquebatur. ⁊ ocio ope
rabantr. Exo. ix. Quid clamas
ad me. ⁊c. Conſimiliter de Sci
pione loquitur Tulius. iij. de offi.
Qualiter autem debet homo va
care in ocio pꝛedicto Sen̄. epiſto
la. lxxi. dicit. Abſconde te in ocio
ſed ⁊ ipſum ociuȝ abſconde. Se
L quitur. Ocio gloꝛiari inhers am
bitio eſt. Et poſt. Optimum eſt:
non iactare ocium ſuum. Iactan
di genus eſt nimis latere: ⁊ aſpe
ctui hominuȝ ſecedere. ⁊ demuȝ
cū ſeceſſerit. Non eſt agēdū hoc

vt de te homines loquantur ſed
vt ipſe tecū loquaris. Quid au
tem loquaris: quod homines de
alijs libentiſſime faciūt: de te apō
te mala eſtima. Id maxie tractes
quod in te eſſe infirmiſſimuȝ ſen
ties. habet quiſqꝫ coꝛpoꝛis ſui vi
tia. Quid aūt in ocio facio? vlcus
meū curo. Et ibi bene de p̄dicto M
otio: ⁊ de agendis in tali ocio. q̄a
otians ſic debet ſecuȝ loqui: ſuas
īfirmitates meditari: ſuas paſſio
nes curare. Et q2 otium ſine lr̄is
moꝛs: vt ait Idem ep̄la. lxxxviij.
ſedule ſtudio vacare debꝫ homo
⁊ intendere.

¶ Sexta pars. De tribus ſectis
pꝛincipalibus philoſophoꝛum.

¶ Capitulum pꝛimum. De illis
in cōmuni.

Abitis ſupꝛadictis de
vita philoſophoꝝ illu
ſtrium. ⁊ exemplis ac
dictis eoꝛum in cōi:
ſequitur de ſectis illoꝝ
Fuerunt autem famoſe. ſ. Secta
peripatethicoꝛum: quaȝ condidit
ariſtoteles vt dictuȝ eſt. ait tamē
Hugo: pari eniȝ circū: vel de q̄ſi
erga: vel deābulantes: q2 Ariſto
teles eoꝛum auctoꝛ deambulans
diſputare ſolitus erat: vel q2 am
N bulabant de ſcola ad ſcolā diſpu
tantes. De ſtoycis ait Hugo: ꝙ
ſtoyci grece: latine dicitur poꝛta.
Et fuit Athenis: in qua picta erāt
geſta ſapientum: ⁊ foꝛtium viro
rum. In hac ſapientes p̄hantur

ideo ſtoyci dicti. De epicurris ait
idem: ꝙ fuit quoddam gen⁹ phi
loſophorū ſic dictorum: q2 curā
ſuper cutem corporis gerebant.
Dicebant enim: voluptatem eſſe
ſummū bonum: ignorantes aliā
voluptatē: ab epi quod eſt ſupra
hec ille. vt enim ait Poli. li. vij.
O c. viij. Stoycus vt rerum cōtem
ptuʒ doceat: in mortis meditatio
ne verſatur: periſpatethic⁹ in acq
ſitione veri: in voluptatibus epi
curus. Qui licet ad vnū tendant
varias tñ ſententias: quaſi vias
beatitudinis auditoribus aperi
unt. Hec ibi. De hoc Aug. epl'a
xxviij. ad Dioſcoruʒ: loquēs de
philoſophis diuerſis: quorū qui
daʒ ponebant in animo ſummū
bonum: et inter hos qui hoc ſen
ſerunt ſtoyci preualuerunt. Qui
tamē naturalib⁹ corpora omnia
eſſe arbitrantes: magis a carne
ꝙ a corpore animuʒ auertere po
P tuerunt. Inter eos autem q fruē
dum deo: a quo nos et oīa facta
ſunt: atqʒ ſummum bonum no
ſtrū eſſe dicunt: errauerunt Pla
tonici ideqʒ Achademici quod
Platonici: docet auditorum ſuc
ceſſio. Inter eos vero qui in cor
pore ſummum bonum cōſtituūt
epycurri: qui et carnalium ſeditio
ſorum turbas concitant: et apud
indoctam multitudinem: excellē
tiori auctoritate viguerunt. Et de
his ſectis Seneca epiſtola. xci.
Aſpice inquit ꝙ diſſimilia homi
num ſtudia ſūt. Nā modo Stoy
cum faciunt: virtutem ſolam p
bantem: et voluptatem refutantē
modo Epycurū laudanteʒ ſtatū
quiete ciuitatis: et inter conuiuia
cantuſqʒ vitaʒ exigentis: modo
perypatethycū: bonoruʒ genera
inducēteʒ: modo Achademicū
omnia incerta dicenteʒ. hec ibi.
Ex quibus patent predictoꝝ opi
niones. Et de his Aulus gelius
libro. iiij. recitans ſententias di
uerſorum. Epicurus inquit volu Q
ptatem putauit ſummum bonuʒ
Ariſtenes Socraticus ſummuʒ
malum. Spegippus atqʒ vetus
Achademia. voluptatem et do
lorem duo mala eſſe dicunt: et op
poſita inter ſe: bonum autem eē
quod vtriuſqʒ medium foret. ze
no autem: voluptatem poſuit eē
indifferentem.

¶ Capitulum ſecundum. De pe
ripatethicis.

d E Peripatethicis pau
ca leguntur in libris an
tiquis: niſi que dicta ſūt
Ipſi enim laudabant iraʒ quaſi
cotem fortitudinis: quia acuit for R
titudinem: ait Tuli⁹. iiij. tuſ. q. Ex
quo patet: ꝙ erant animoſi et cor
dati ad diſputandum: Deambu
lantes enī diſputabant: vt dictū
eſt. Unde Ariſtoteles princeps et
magiſter eorum ait: nullus inge
nium magnum eſſe anteqʒ ha
beat aliquid annexuʒ de furia: p S
ut dicit Sen. de tranquillitate ani

miſante ſi.

❡ Capitulū tertiū. de Stoycis ⁊ eorū opinionib⁹.

Toycorum aūt principes f fuerūt Zenon ⁊ Criſpus vt ait Au. geli⁹ ⁊ recitat Aug. ix. de ci. c. iiij. ⁊ vt di. Señ. ad Helbiā a zenone incepit rigida ⁊ virilis Stoycorū ſapientia. Apud iſtos dolor dicebat indifferens: non malū: ⁊ ꝙ paſſiones non cadunt in ſapiente: ita ꝙ ſapientis aius cedat eis. vt habitum eſt. ſ. ab Au. gelio. ⁊ Aug. ⁊ cum dolorib⁹ cōgrediebant: ſicut exēplificatū eſt ſupra de Stoyco pugnante cum dolore. Hi eni ing/rebant vnde verba ſint dicta. aīt Tul. i. de offi. c. viij. Et eoꝝ concluſio erat ſūmū bonū congruere nature: vel cōgruenter viuere nature: ait. idē. iij. de offi. c. i. ⁊ hi dicebant ſapientes eē amicos ſapientibus: ⁊ nihil eſſe amabilius virtute: ait Tul. i. de nā deorū aū ſi. Dicebantq oēs inſcipiētes in-V ſanire. Ait idem. iiij. tu. q.

❡ Capitulum quartū. De Achademicis ⁊ eorum opinione: ac reprobatione.

Chademici vo dicti ſūt a ab Achadēia vñ Plato oriundus fuit. Qui ⁊ eū locum: ſtudendi vſu. ⁊ diſcipulorum frequentia: moribꝫ ſuorum celebritate fecit inſignem. Et id illum pretulit. vt ad incutiendum timorē quo vitia reprimerentur ⁊ agnita cognitione ſui modeſtia ſeruaret. Maxime aūt viſus eſt X ydoneus: qr ex frequēti terremotu ſepe collidit. Timor enim ſicut modeſtie cognatus eſt: ita familiaris eſt ſapienti. qr. ſ. mentē cōponit ⁊ humiliat: ait Poli. li. vij. c. iij. Hi vitantes precipitiū falſitatis fere de ſingulis dubitāt. Quorum iuuat opinionem nō modo ꝙ Heraclytes ⁊ Scithio qui ad eos. ſ. tranſierūt: ſed ⁊ alij plures vt ſubdit ibi. Sed ꝙ ineptum eſt ⁊ improbabile fluctuare in ſingulis: ⁊ nullius rei habere certitudinem: ⁊ ꝙ alienum a fide ⁊ ſciencia: ſatis ſufficienter ꝓbat ibi. Sicut dubitare an contraria ſint ſimul in eodem: cum id nō ſit poſſibile ſm idem. Itē vt dr ibi: hō preſtat aialib⁹ eo ꝙ viget rōne ⁊ y intelligentia. Nam in ſenſib⁹: ⁊ eorum operationib⁹ beſtie ꝓcellunt. Sicut linx in viſu: vultur ⁊ canis in odoratu: ſus in auditu: ſymia in guſtu. aranea i tactu. Si ergo homo non diſcernit ratiōe certitudinaliter: nec multū ſapit: vr eſſe brutalior brutis: ſic in ſenſib⁹ eminētib⁹ ❡ Itē ſic notio dr ab eo qd ē notū: ſic rō ab eo qd ē ratū denomiatur grāmatice. Ille vo cui nihil ē. ratum certū nec firmum vr ratione carere. ❡ Item vr: ꝙ tali nihil afferat phīa ⁊ ſtudiū qui ſemper fluctuat opinio- Z nib⁹. ⁊ cui lux ſapientie certū aliqd non oñdit: ⁊ cui nihil rō per-

ſuadet: Et de his ibi bene. Et cõ
tra hos Aug. fecit libros Achade
A micos. Licet eni3 multa ſint du
bitabilia ſapienti. ⁊ licet dubitare
de ſingulis non ſit inutile: ponẽ
do .ſ. rationes ad vtranq3 partez
tamen fluctuare in oibus videt
eſſe diſſonum rationi ⁊ phie vt di
ctum eſt.

¶ Capitulum quintum De epy
curo ⁊ varijs eius dictis atq3 ſen
tentijs.

Epycuri vo dicti ſūt ab
e epycuro: De quo Au. ge
lius li. xiiij. di. q Epycu
rus Athenienſis ⁊ zenon Scit
thiẽſis: philoſophi celebres erãt.
Iſte poſuit voluptatẽ eſſe ſūmu3
bonum: put dicit Au. ge. ⁊ poſu
it duo eſſe bona: corpus ſine do
lore: ⁊ aium ſine perturbatione ⁊
B Sen. epiſtola. lxix. Ubi et ſubdit.
Athilus ſtoycus dicere ſolebat.
Malo me in caſtris ſuis fortūa
habeat q̃ in delitijs. Torqueor:
ſed fortiter: bene eſt: Audi epycu
rum. Dicet ⁊ dulce eſt. ſ. ⁊ bene ẽ
Ta3 ſeuere ergo rei ⁊ honeſte no
men impoſitu3 q̃ molli. Fuerūt
tñ aliq interpretantes opinione3
epycuri in melius: dicentes: q
n intẽdebat de voluptate que eſt
in carnalibus: ſ3 de voluptate mẽ
tis. Añ Poli. vbi .ſ. c. xv. dicit.
Cum ſint tres ſecte phantiū que
⁊ ipſe ſcindunt in multas ſectas:
omnes tñ l3 diſſimiliter laborãt
ad aſſequendū finẽ quem ſtatu

unt. Siquidem Epycurus ⁊ to
tus grex ſodalium eius vitã bea C
tam aſſerit que tãta ſemper iocū
ditate letat: vt triſticie aut pertur
bationis non interueniat vel te
nuis motus. Vera quidẽ diffini
tio eſt ⁊ qua nihil põt eſſe iocūdi
us Ab ea tñ plebs que eã ſequit
defflexit in voluptates reputans
ſe earum vſu beatiſſimã eſſe futu
ram Mihi autem pſuaderi ne
quit. hoc aliquẽ hauſiſſe de fonte
ſocratico. Sed quia facile eſt: au
re vel ore inſipientiū dicta optĩa
deprauari: ad compendiū imun
ditie redacta ſunt: que virtutis d
buere eſſe inſtrumentū. Caro q
dem optima eſt non homo cor
datus: q amore iociſq3 nihil eſt
iocūdius: nihil ſuaui⁹ paraſitica
vita: aut eorū qui epulant quotti
die ſplendide ⁊c. hec ibi. Quali D
tercūq3 vo fiat: nihil turpi⁹ opi
nione ponente voluptatẽ ſūmu3
bonū eſſe: nihilq3 magis alienu3
a phia: cum illa ſit tetrū qd ⁊ res
turpis ſm phos: vt dictū eſt ſup
Unde ẽ preceptū vtiliſſimū Ari
ſtotelis: vt voluptates abeuntes
conſideremus: quas quidẽ oñdẽ
do inuit. Foſſas eni pnicos ple
nas aĩs noſtris ſubicit: quomin⁹
cupide appetant ait Val. li. viij. ⁊
de hoc Sen. de conſtantia ſapiẽ
tis loquens d opinionibus Stoy
corum: ⁊ epycureoꝝ: Epycurus
inquit: quẽ vos patronū inhertie
ſumitis: putantes mollia ⁊ deli

tioſa precipere ⁊ ad voluptatē du centia in quē ſapientis fortuna in
E teruenit. Sequit. Nō ſi Epycur⁹ quoq₃ qui corpori plurimū idulſit aduerſus incurias inſurgit qδdam apud nos incredibile videri pōt. Ille ait. iniurias eſſe tollerabiles ſapienti: vos. ſ. Stoyci dicitis iniurias non eſſe. hec ibi. Et epſa. lxxix. Egregie vł mihi dixiſſe Epycurus: q peccare ſe neſcit corrigi non vult: deprehendas te oportet antecꝫ emendes. Epſa. lxix. Apud Epycurū duo bona corpus ſine dolore: aius ſine per
F turbatione. hec bona non creſcūt q₃ plena ſunt. Quō enim creſcit quod plenū eſt Dolore caret corpus. Quid ad hanc indolentia₃ accidere pōt? Aius conſtat ſibi ⁊ placidus eſt. Quid ad hanc tranquilitatē accidere pōt? Seqꝫ Bonum abſolutū humane nature ē corporis ⁊ animi pace contētum eſſe. Et ibi bene de hoc: Ex qbuſdam itaq₃ dicꝭ epycuri vł log de voluptate. i. perfecta iocunditate ſicut dictū eſt a Policrato. Uñ Señ. epſa. ij. Hodiernū hoc eſt.
G qδ apud Epycurū nact⁹ ſū. Honeſta inquit res eſt leta paupras. Illa vō non eſt paupertas: ſi leta non eſt. Qui cum paupertate bene cōuenit dives eſt. Nō qui paru₃ habet: ſed qui plus cupit pauper eſt. Et hoc eſt bñ dictū ⁊ philoſophice. Similiter in multis ſuis epiſtolis recitat bene dicta ab illo. Ex aliis aūt dicꝭ Epycuri vł log δ voluptate corporali: ob qδ eius opinio a phis reprobat. ait Tul. iij. δ offi. in fi. di. ꝙ etiā Ariſtippus ⁊ alij voluptatē bonū poſuerunt: ⁊ Epycurus eius auditor auctorq₃ ſnie fuit quā ꝑprobat ibi eo ꝙ politice δtutes expugnant voluptatē. Nā temperantia ē inimica voluptatū: ⁊ ſic δ aliis: prout ibi bene proſequit. Unde Ual. H
li. iiij. c. iij. di. ꝙ legat⁹ quidam ad Pirrū miſſus: cū audiſſet quenda₃ Atheienſē ſuadentē: ne qd aliud homines ꝙ̄ cauſa volupta tis facere vellent: ꝓ monſtro: eā vocem accepit. Sequit. Pyrro ⁊ Samnitibus hāc ſapiam deſpicatus eſt. Licet enim Athene do I
ctrina ſua glorientur: vir tamen prudens: Fabritij deteſtationem ꝙ̄ Epicurri maluit precepta. Qδ euent⁹ quoq₃ indicauit. Nā vrbſ cum voluptati plurimū tribuit: iperium maximū amiſit. hec ibi ⁊ Señ. iiij. de benefi. c. ij. Nobis pugna eſt cū Epycureorum delicata ⁊ vmbratica turba in cōuiuio ſuo phantiū: apud quos vir K
tus voluptatū miniſtra eſt. Illis paret: illis ſeruit: illas. ē. ſe videt. hec ibi. Ex variis ergo dictis vł ſicut vnus concionator aliqua dicere phica: Et in laudē virtutꝭ. aliqua vō quaſi ex opinione vulgi ⁊ in cōmendationē voluptatꝭ: vt dictū eſt a Policrato: ⁊ ſic p₃ de Illuſtribus phis ⁊ ſectis princi-

palſbus apud eos.
¶ Septia ps ꝺ artib⁹ liberalib⁹.
¶ Capitulum primum. De ea//
rum vtilitate: ⁊ ꝗtum conferunt
ad phiaȝ q̄ ordinātur ad mores.

e T qꝛ: que dicta sūt vi
dentur cōuenire mo
rali philoſophie tm̄:
poſſet videri alicui:
phiā rōnalē ⁊ natura
lem non eſſe .ſ. neceſſarias ⁊ vti
les ac preambulaſ ad philoſophi
am moralem. Sicut bene pro//
ſequit Señ. epl'a xcij. Loquēs de
liberalibus ſtudijs inquirēdo an
faciant virum bonū: ⁊ obiciēs ꝙ
grāmatica circa curas ſermonuȝ
verſat: ſed quid horū de quibus
L determinat ad virtutē viam ſter/
nit: qd ex his metum demit:, cu/
pīditatē eximit: libidinem frenat.
⁊ ſic proſequit de geometria: mu
ſica: ⁊ aſtrologia qd conferant .ſ.
ad virtutem. Quare ergo inquit
liberalib⁹ ſtudijs filios erudim⁹
Et rñdet: ꝙ ideo: nō qꝛ virtutem
dare poſſunt: ſed qꝛ animum ad
capiendam virtutē parāt: quem/
admodū prima illa vt antiq vo/
cabant litteratura: per quā littera
rum elementa pueris traduntur
non docet liberales artes: ſꝫ mox
precipientis locum parat. Sic li
berales artes non perducūt aiuȝ
M ad virtutē: ſed expediunt. Unde
⁊ ibi diſtinguit quattuor gña arti
um. Sunt enim vulgares q̄ ma
nu opificum conſtant. Ludicre
pueriles: ⁊ liberales vt dictuȝ eſt
Ideo ps phie nālis: alia moralis
alia rationalis: ait ibi: Ubi bene
de hoc.
¶ Capitulum ſecundum. De co
aptatione ſeptem liberaliuȝ artiū
ſeptem planetis.

d E philoſophia rationali
⁊ eius partibus dn̄ Ale/
xāder neckā li. ꝺ naturis
rerum di. ꝙ ſicut mundū illumi/
nant ſeptem planete: ſic oēm ſci/
entiam ſeptem artes. Lune eni
terris vicine comparat grāmati/
ca: primos vēdicās limites. So/
li qui ſm quoſdam ſecundum lo
cum tenet comparatur dyalectica
Mercurio: q ⁊ deus eloquentie
dicebat rhetorica. veneri q̄ ē aſ/
pectu gratiſſima: ariſmetrica: ob
ſui venuſtatem ⁊ ſubtilitatem in
numeris ꝓportionandis. Mar
tē reſpicit muſica: non ſolū huma N
na ⁊ mundana: ſed inſtrumenta
lis. qꝛ muſicorum inſtrumentoꝝ
ſicut tubarū ⁊ huiuſmodi cōcen
tus incitat hoīes ad bellum. Io/
ui appropriat geometria q̄ circa
magnitudineȝ imobilē ī mēſuris
ꝟſat. Saturno q ē ſupior ī aſtro/
nomia q circa magnitudinē mo
bileȝ ⁊ curſus aſtroꝝ ꝟſat. h ibi:
Ut ergo planete mundū illūināt
ſic predicte artes.
¶ Caplm tertiū. De gāmatica:
qͥliter pōt ordinari ad virtuteȝ: ⁊
ad eius opera.

h Is tñ artib⁹ pt veruſ vti
phs ad moꝝ correctio
nem Vñ ait ibidē. Quid
pdeſt vitare vitia in vocibus: ⁊
incurrere in moribus ornate lo/
qui: ⁊ inornate viuere. Nunq̄
nomen dyaletici mereẛ qui falſa
pponit: ea. ſ. diligēdo. Ille ergo
bonus eſt grāmaticus ſpūaliter
⁊ finaliter: q geſta ſua qbus qua
ſi loquiẛ hominib⁹ congrue com
O ponit. Grāmatica eni eſt ſcientia
cōgrue loquendi: ⁊ cauēdi incō/
gruitatē in loquēdo: ait. Hugo di
daſcol. lib. i. Grāmatica grāma
grece: littera latine. Inde grāma
tica. i. litteralis ſcia: ſumendo lar
ge litteralem: prout continet litte
ras ⁊ dictiones. Sed non ſolū lo
quitur homo verbis vocalibus:
ſed geſtis corporalibus. ait Aug.
viij. confeſ. ante. fi. Plus ingt al
loquebanẛ animū meū frons: ge
ne: oculi: color: modus vocis q̄
verba q̄ ſonabant. Ecc. xix. Ami
ctus corporis: riſus dentiū. ⁊ in/
ceſſus hois enuntiant de homie.
Ideo Gregori⁹. paſtoraẛ. ij. c. xli.
Plus debet predicator actibus
q̄ vocib⁹ reſonare. Ille ergo qui
P ⁊ ſenſus ſuos: actus ⁊ geſt⁹ debi
ta congruitate componit: deuitā/
do ꝯtrium: ⁊ alloquiẛ hoies ꝯgru
enter: ſine vlla incongruitate: bo
nus grāmaticus eſt. Congruum
enim idē eſt quod conueniēs ait
Pap. Qui aliter facit: ad moduꝫ
barbariſmi ⁊ aliarum figuraruꝫ
in geſtis ſuis vitia oſtendit. Vñ ⁊ Q
multi plus timent facere barba/
riſmum in ſermone: q̄ vitij de/
ordinationeꝫ in vite qualitate: ait
Auguſtinus. i. confeſſionum lo/
quens de hominibus peruerſis:
qui magis timent facere barba/
riſmos q̄ libidines. Et ibi ait de
ſe loquens. Magis timebam fa T
cere barbariſmū: q̄ non facienti
bus inuidere: Ideo dicebat apl's
diſcipulis ſuis. ij. cor. iij. Epiſtola
chriſti. eſtis miniſtrata a nobis ⁊
ſcripta non atramento ſed ſpiri/
tu dei

Capl'm quartū. de logica qua
liter adaptatur.

i Tem ille bonus eſt dya/
leticus qui diſcernit verū
a falſo. Dyaletica eniꝫ eſt
ars diſcernendi veruꝫ a falſo. ait R
Hugo vbi. ſ. Veritas autem eſt
quadruplex. Cogitationis: Volū
tatis. Enuntiationis: Actiōis: p
ut di. Anſel. de veritate. Qui has
igiẛ veritates diſcernit a contrari
is falſitatibus: adherens veritati
⁊ expugnans in ſe ⁊ in aliis falſi
tateꝫ: bonus dyaleticus eſt. Ecc.
xxxvi. Ante omnia verbū verax
precedat te. Et de eo verificaẛ il/
lud Malachie. ij. Lex veritatis
in ore eius. Et didicit ab illo ma
giſtro qui docet veritatem. Qui
ꝟo veritatem occultat hypocritali
apparentia: ſophiſta eſt. Falſitas S
enim eſt qua putaẛ eſſe quod nō
eſt: ait Auguſti. vij. confeſ. Et fal

ſum eſt ſignificatio rei non ita ſe habētis ꝑmo ꝺ̄ doctrina xp̄iana c.vij.hypocrita enim:eſt ſathanicus ſophiſta habens defficiētiaʒ ⁊ oſtendens apparentiā.Eſt eniʒ hypochrita ſubtilis igenij.Duo itendit.ſ.ocultare quod eſt:⁊ oſtēdere quod non eſt.Ideo odibilis
T deo:ait Greg:mor.xxvi.Ecc.xxxvij.Qui ſophiſtice loquiť odibiľ eſt.Habet eniʒ fallatias intra dētes ⁊ extra.Decipit eni tā in re q̄ȝ in ſermone.

¶ Capľm quintū.De Rhetorica qualiter adaptať.

c Um rhetorica ꝰo ſit ſcientia apte dicendi de cā propoſita ad perſuaſionē:prout dicit Alpharabi⁹. Oratoris enim eſt:loqui apte:diſtincte:ornate:ait Tuľ.i.de offi.c.i. Ille eſt bonus rhetor qui virtuoſis exemplis:⁊ bonis operib⁹ alloquiť homines:⁊ perſuadet eis
V de veritate credenda. Unde ⁊ ſā cti dicunť libri: ait. Grego. mor. xxiiij.poſt principium.Uiua eniʒ lectio eſt vita ſanctorū.Apoc.xx. Libri aperti ſunt.vel bonus rhetor ſiue orator eſt:qui in oratiōe alloquitur deum efficaciter:⁊ flectit ipſum iudicem ad miſericordiam.Unde Ethnicus ait:Flectiť iratus voce rogante deus.Ideo ꝑpheta orans in pſal.ad moduʒ
X oratoris aliq̄ñ captat beniuolentiam iudicis aliquando:explicat nequitiam aduerſantis:aliquando deficientiaʒ ſui orantis:vt flectat iudicem ad miſ̄ami:ait Hugo de ſtudio orandi.

¶ Capľm ſextū.De geometria:⁊ eius adaptatione.

i Tem:cum geometria ſit diſciplina mēſurādi magnitudinem:⁊ eius differentias ille eſt bonus geometra. qui nouit ſuipſius menſuram ⁊ ſe menſurare:ait Señ.epľa ꝑdicta:Scis rotunda metiri ⁊c.Sequiť.Si artifex es:metire animū tuum q̄ȝ magnus ſit:q̄ȝ puſillus ſit Scis que recta ſit linea.Quid tibi prodeſt:ſi quod in vita rectuʒ ſit ignores? Et ibi bene de hoc. Unde inſipiēs eſt qui ignorat ſui q̄ntitatem prout dř in prologo Almageſtri. Iō.ij.cor.iiij. Ipſi nob̄ noſipſos metiētes.Iob.xxxviij. Quis poſuit menſuras eius ſi noſti? Ubi mor.xxiiij.bene de hoc.Debet enim anima ſe menſurare q̄ȝ alta ſit:in dei dilectione feruida:q̄ȝ lata:in charitate proximi beniuola:q̄ȝ longa:in celeſtium appetitione deuota:q̄ȝ profunda:in hūilitate perfecta.Eph.iiij.Ut poſitis cōprehendere cuȝ omnib⁹ ſanctiſ que ſit latitudo ⁊c. Anime enim menſura eſt ſ̄ʒ mēſuram charitatis.Que enim magnam habet charitatem:magna eſt:que paruam:parua:que nullam:nulla.i.cor.xiij. Si charitatē non habuero:nihil ſum.prout ait Ber.ſup Cant.Omeľ.xxvij.

¶ Capl'z sextũ. De Aſtronomia ⁊ eius adaptatione.

a Stronomia võ eſt de lege aſtroruʒ. Norma eni lex: ⁊ logos ſermo: Ait

A Hugo in Didaſcolis. Unde dixit de conuerſione celi: ⁊ regione circulis: ortu: ⁊ occaſu ſyderum: ait idem. Aſtrologia võ conſiderat de lege aſtrorum: ſm. ſ. natiuitatis ⁊ mortis. et quorumlibet aliorum obſeruantiam: ait ibi. Sʒ cum anima ſancta ſit celum: ⁊ ſol ſit intellectus vel iuſtitia: luna fides ⁊ continentia: ſtelle virtutes put dicit. Ber. ſup cant. Omel. xxvij. Ille bonus eſt aſtronom⁹ qui in predictorum conſideratione verſatur. Unde Aug. iiij. d̃ trinitate in principio. Laudabilior

B eſt animus: cui nota eſt infirmitas ſua: quam qui ea nõ reſpecta vias ſyderum ſcrutatur etiam cognoſciturus eas: aut qui iã cognitas tenet. ⁊c. Et Sen̄. vbi. s̄. Uenio nunc ad illum q celeſtiuʒ noticia gloriatur: frigida ſeſe Saturni ſtella receptet. Sequit̄. Quid prodeſt. ſ. equum regere ⁊ curſuʒ eius freno temperare ⁊ affectib⁹ effrenatiſſimis atrahi? Quid pro

C deſt multos vincere luctatiõe vl' curſu ⁊ ab iracundiaia vinci?

¶ Capl'm octauũ. De Ariſmetica: ⁊ adaptatione ſua.

i Tem cuʒ Ariſmetica ſit ſcientia de numeris ⁊ ei⁹ differentijs: Ille bonus eſt ariſmetricus: q ſtudet ad dina taléta accepta numeranda: ⁊ lucra ex eis reportanda: Ad diuina beneficia conſideranda: ⁊ debita officia reddenda. Qui recogitat annoruʒ ſuorũ curricula in amaritudine anime. Ecc. xliij. Datum ⁊ acceptum omne deſcribe. Iteʒ qui penſat aduerſariorum hoſtilia agmina: ⁊ ad obuiandum ſua modica merita: ⁊ virtum ſuaruʒ infirma. Luc. xiiij. Qui rex itur⁹ cõmittere bellum. ⁊c. Nonne ſedens prius computat: ſi cum decem milibus poteſt occurrere illi qui cum viginti milibus venit ad ſe.? Hec enim numerare ⁊ pẽ D
ſare vtilius eſt q̃ in numeris exteriaꝝ rerum ſciendis inſudare.

¶ Capl'z nonũ. De muſica ⁊ ei⁹ adaptatione.

